


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.


+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/




600092175U



S. AURELII AUGUSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI

ENCHIRIDION
AD LAURENTIUM

DE

FIDE, SPE ET CARITATE.

AD CODICUM MSS. VETUSTISSIMORUM FIDEM
RECOGNOVIT
ET
ADNOTATIONE CRITICA
INSTRUXIT

JO. GEORGIUS KRABINGER.

EDITORE IMMORTUO
PRÆFATUS EST

ANTONIUS RULAND,
WIRCEBURGENSIS.

TUBINGÆ, MDCCCLXI.
IN LIBRARIA HENRICI LAUPP.

~~100. b. 117~~
110. j. 214.



Ex officina H. Laupp.

PRÆFATIO.

Nemo ignorat, clarissimum *Ioannem Georgium Krabinger*, Bibliothecae regiae Monacensis praefectum meritissimum, SS. Patrum sive Graecorum sive Latinorum amore et studio mirum in modum flagrasse tantique hos fecisse, ut nocturna et diurna manu versaverit, emendaverit, ediderit, quanquam quae meditabatur non omnia ad finem perduxit. Nil ipsum deterruit! Nec enim variarum lectionum, quibus adornabat editiones, colligendarum difficultas, nec afflicta corporis valetudo poterant viri de re literaria praeclare meriti vincere patientiam, cui potissimum debemus, quod opuscula, quae vocant, patristica *ad modum autorum classicorum recensita* nitideque explanata magno Ecclesiae bono prodierint.

Non est, cur Lectores ad ipsa *Synesii*, *S. Gregorii Nysseni*, *S. Caecilii Cypriani*, *S. Ambrosii* aliorumque volumina remittam.

Denique totus in eo erat vir egregius, ut typis mandaret *S. Augustini* Enchiridion de *Fide Spe* et *Caritate,* illud inquam beati Hipponensium praesulis scriptum, veluti Patres Maurini loquuntur in praefatione Operum Augustinianorum sexto praefixa *„vere aureum, nocturna et diurna manu versandum“*. Proh dolor! Nox imminebat carissimo amico! Paucis post diebus quam Enchiridion ab operarum erroribus purgaverat succubuit tandem meritissimus

senex *) collegarum suorum laudibus eo dignior, quod pro bibliothecis et libris, quorum amore vires exhausit penitus, victima occubuerit.

Opusculo praefatione destituto ut adderem talem, in qua adminicula critica, quibus venerandus senex in adornanda editione usus erat, designarem, me adiit bibliopolium Lauppianum Tubingense. Equidem cum probissimo sene intima amicitia conjunctus votis hisce satisfacere meum duxi memor effati carissimo Krabingero usitati: „AMICIS OMNIA SUNT COMMUNIA."

Hisce praemissis rationem reddam de apparatu critico Krabingeriano.

I.

CODICES MSS.

quibus ad textum, quem vocant, expurgandum et perpoliendum usus est, sunt *omnes* Bibliothecae regiae *Monacensis*.

---

*) Joannes Georgius KRABINGER, Bavarus in vico *Oberbergkirchen* prope *Ampfing* die 16. Julii A. 1784 in lucem editus fuit honestis parentibus, patre utens fabro lignario. Prima eruditionis elementa in schola monasterii *Garsensis* avide arripuit. Inde ab anno 1799 humanioribus literis in Gymnasio aeque ac Lyceo Monacensi operam dedit. Absoluto hoc studiorum curriculo matriculae Landishutanae Academiae nomen suum A. 1807 inscripsit et ibidem Philosophiae ac Philologiae vacavit, imprimis cl. Fr. Ast, Philologiae Professoris familiari consuetudine pellectus. Redux Seminario Monacensi philologico adscribitur. Dein juvenum generosorum linguas, quas vocant, classicas discere cupientium desiderio satisfecit. A. 1817 admissus ad Bibliothecam regiam Monacensem per quadraginta annos omnia onera portavit, Assistentis, Scriptoris, Custodis et Praefecti munere summa cum laude functus. Bibliothecae regiae valedixit A. 1857 die 29 Martii; ad coelestem quietem abivit A. 1860 die 16 Maii, plenus *Fide Spe* et *Caritate!*

I. Ma — Monacensis (Clm. 14487), olim Emmeramensis E. CX., membranaceus, forma quadrata, saec. IX.; folior. 82. Literae initiales minio caeruleoque colore tinctae. Praemissus est capitum CXXV elenchus.

II. Mb — Monacensis (Clm. 6321), olim Frisingensis Nr. 121, membranac., form. quadr., saec. IX., folior. 96. Praemiss. capitum LIIII elenchus.

III. Mc — Monacensis (Clm. 18538. [2]), olim Tegernseensis Nr. 538. [2] membran., in form. quadr., saec. X., folior. 52. Lit. initial. miniatae. Praemiss. capitum LIIII elenchus.

IV. Md — Monacensis (Clm. 22029), olim Wessofontanus Nr. 29, in fol. min., membranaceus, saeculo XI manu clarissimae virginis et monialis *Diemoth* *) praeclare conscriptus. Enchiridion ad quinquaginta foliorum summam complet. Supersedeo recensere opuscula reliqua in praeclarissimo codice 105 folior. contenta. Capitum elenchus non apparet.

V. Me — Monacensis (Clm. 15810), olim Capituli cathedralis Salisburgensis (Nr. 10), in fol., membranaceus, saeculo XII pulcherrime conscriptus, a Francogallis Salisburgensi capitulo vi ablatus, devicto vero Napoleone ex Bibliotheca Parisiensi illatus regiae Monacensi. Finitur Enchiridion omisso elencho fol. 35., sequitur praeclarum Opus Confessionum S. Augustini. Codex folior. 165.

---

*) Cfr. „Ueber die Nonne Diemud von Wessobrunn und ihr literarisches Wirken, mit einem Facsimile ihrer Handschrift von Dr. Joseph von Hefner.“ in „Oberbayerisches Archiv für vaterländische Geschichte.“ München 1839. Vol. I. Pg. 355—373. Scripsisse creditur circa ann. 1073—1086.

VI. Mf — Monacensis (Clm. 22221) olim Windbergensis Nr. 21, membranaceus, in fol., pulcherrime saeculo XII scriptus. Folio primo averso apparet inscriptio eaque originaria ejusdem saeculi duodecimi verbotenus, omissis syllabarum contractionibus, hic exhibenda: „Iste liber pertinet ad sanctam MARIAM in Windberg. quem fecit scribi secundus eiusdem ecclesiae uenerabilis et dignae memoriae abbas GEBEHARDUS pro obtentu gratiae dei et beatae MARIAE semper uirginis et tuarum lector orationum. Siquis eum quocumque modo ecclesiae huic abalienauerit anathema sit.“ Qui Gebehardus praefuit Ecclesiae Windbergensi ab anno 1142—1192. Praecedunt in codice S. Augustini Confessionum Libri XIII. Fol. 125—158 Enchiridion, cui praemisit codicis scriptor locum ex libro retractationum S. Augustini „opusculum ad Laurentium“ concernentem minime praetermittendum; aperit enim mentem, qua exaravit S. Augustinus enchiridion suum. „Scripsi — inquit — librum „de fide spe et caritate cum a me ad quem scriptus „est postulasset, ut aliquod opusculum haberet meum „de suis manibus non recessurum, quod genus Graeci „Encheridion vocant. Ubi mihi videor satis diligenter „esse complexum quomodo sit colendus Deus. Quam „sapientiam esse hominis utique veram divina scriptura „definit. Hic liber sic incipit: Dici non potest di„lectissime fili Laurenti quantum tua delecter eru„ditione.“ *) Quibus verbis subscripsit minio scriptor: „EXPLICIT PROLOGVS.“ Elenchus abest.

*) Cfr. Augustini Opera. Edit. Maur. Tom I. sive Retractationum Lib. II. Cap. 63. Pg. 62—63.

VII. Mg — Monacensis (Clm. 2585), olim Aldersbacensis Nro. 55, membranaceus, forma quadrata, saec. XIII. Enchiridion finitur fol. 77. Praemissus capitum CXXV elenchus.

VIII. Mh — Monacensis (Clm. 17058), olim Scheftlariensis Nro. 58, membranaceus, forma, quam vocant, octava, saec. XII. Inscripta enim sunt circulo folio primo addito verba: „Hunc libellum conscribi jussit dominus Eberhardus prepositus ad laudem et seruitutem ipsivs domini nostri Jesu Christi salvatoris et redemptoris nostri. Quem scripsit Bernhardus diaconus feliciter.“ Ipsemet Eberhardus praepositi dignitate floruit Ao. 1153—60. Codex folia 70 numerat. In codice nitide exarato Elenchus non adest.

IX. Mi — Monacensis (Clm. 23604) olim, ut equidem puto, Ranshofensis, forma quadrata, membranaceus, saec. XV conscriptus, uti in calce codicis fol. 42 notatum: „1418. Johannes de Mawrkirchen Canonicus in Rannshofen, Plebanus in Prawnaw.“ Praemissus est Capitum LXXXIV elenchus.

Enumeratis Codicibus MSS., quos cl. *Krabinger* inter se conferendos putaverat, non praeter rem esse videtur annotare, asservari in Bibliotheca regia Monacensi ditissima et alios eosque pretiosos Enchiridii Augustiniani codices, quos editor intactos reliquit, in eo acquiescens, cuicunque saeculo usque ad inventam libros imprimendi artem uno alterove codice suum tribuisse. Hos nominasse sufficiat:

I. (Clm. 6283) olim Frisingensis Nro. 83, membranaceus in fol., saecul. IX., folior. 45, utique pretiosissimus. Praemissus est capitum LIIII elenchus.

II. (Clm. 18525.[2]) olim Tegernseensis Nr. 525.[2],

forma quadrata, membr., saec. XI. Enchiridion, quod fol. 45 finitur, sequuntur S. Ambrosii tractatus de Poenitentia, Methodii revelationes, et „Poenitentia Adae et Evae.“ Praemissus CXXV Capitum elenchus, in quo librarii oscitantia caput CXV duplicatum est. Abundat codex notis, quas vocant, interlinearibus.

III. (Clm. 18539.[2]) olim Tegernseensis Nr. 539.[2], forma quadrata, membr., saec. XIII. nitide scriptus. Codex miscellaneus exhibet Enchiridion, praemisso capitum LIIII elencho, fol. 14—36. Defectus codicis a fol. 30 supplevit saeculi XV librarius.

IV. (Clm. 9639) olim Oberaltahensis Nr. 139, forma quadr., membr., saec. XIII. pulcherrime exaratus. Literae initiales pigmentorum colore ornatae sunt. Enchiridion finitur fol. 52. Elenchus abest.

Mitto codicem chartaceum (Clm. 3015), in folio, per pium Fratrem Placidum saec. XV. in Monasterio Andecensi exaratum ceterosque, si forsan adsint, hujus farinae.

Forsan quis familiarum horum codicum causam, aevi hujus philologis sat caram, moveat. Alienum a tali investigatione animum habuit senex; neque ad meum, ut equidem puto, institutum pertinuit, profundius in hac parte morari. Nihilominus delibando saltem significaverim *trinas* codicum *Familias* esse distinguendas.

Familia prior opusculum teste elencho in CXXV capita dispertit ita, ut caput I^mum^ Editionis Krabingerianae tria capitula codicum hujus classis contineat. Inscriptum *Capitulum* I: „Laurentio scribens: ejus eruditione delectatur: cupiens illum esse sapientem secundum scripturas sacras.“

II: „Quod hominis sapientia pietas, id est Dei cultus in sancto Iob breviter dicatur."
III: Quonam modo sit colendus Deus."
Cui classi priori adscribendi sunt
Clm. 14487 Emmeramensis, saec. IX.
Clm. 18525.[2] Tegernseensis, saec. XI.
Clm. 2885 Aldersbacensis, saec. XIII.

Familia altera, praemisso elencho Enchiridion in LIIII capita dispertit, quorum primum continet Capitula I—IV; Pag. 13. lin. 8 et 9 „dum conparantur malis." Editionis Krabingerianae. Inscriptum horum codicum
Capitulum I: „Hic ostendit fide spe caritate Deum esse colendum."
II: „Hic exponit de natura boni."
III: „Hic exponit hierusalem celestem."
Huic classi secundae attribuendi sunt
Clm. 6321 Frisingensis, saec. IX.
Clm. 6283 Frisingensis, saec. IX.
Clm. 18538.[2] Tegernseensis, saec. X.
Clm. 18539.[2] Tegernseensis, saec. XIII.

Familia tertia, capitum elencho destituta, videtur orta ex praecedente familia, cujus capitula LIIII in LXXXIV partes dividit, quae solummodo in fronte codicis Ranshofiensis enumerantur. Quod quî factum sit, lucide probatur Codice Frisingensi (Clm. 6283). Capitulum I finitur verbis: „quonam modo sit colendus Deus."; Edit. Krabingeri Pg. 5. Lin. 6. Inscriptio capitum est talis:
Capitulum I: „Quid credendum sit?"
II: „Quid sit inter sperare et timere."
III: „De physicis."
Cui familiae adscribendi sunt

Clm. 22029 Wessofontanus, saec. XI.
Clm. 15810 Salisburgensis, saec. XII.
Clm. 22221 Windbergensis, saec. XII.
Clm. 17058 Scheftlariensis, saec. XII.
Clm. 9639 Oberaltahensis, saec. XIII.
Clm. 23604 Ranshofensis, saec. XV.

Quae de Codicibus MSS dicta sufficiant!

II.

EDITIONES.

Libri impressi, quibus usus est cl. Krabinger sunt sequentes:

1) *Editio vetustissima* Enchiridii, loci annique notatione destituta, in fol., foliorum 34. Cuique paginae typis inscriptae sunt lineae 34. Folium postremum caret scriptura. Editio officinae Norimbergensi Antonii Koburger vindicatur a cl. Hain. (Repertor. bibliogr. Nr. 2029.) Exemplari, quo usus cl. Krabinger, asservato in Bibliotheca regia Monacensi sub signo „Inc. s. a. 122" vetusta manus adscripsit (fol. 1 a lin. 1.) annum 1473. Citatur ab editore sub voce „veteris editionis" sive „veteris Norimbergensis." Cfr. Pg. 36 et 78.
Missis Operum Augustinianorum editionibus, quae Maurinam praecessere, uti Amerbachiana, Erasmiana, Lovaniensi &c. &c. nominanda est
2) *Editio Maurina*, prima ut dicunt critica, omnium praestantissima, Parisiis 1679—1700 XII Voll. in fol. impressa, cujus Volumen VI[tum], quod prodiit

1685, Pg. 193—242 Enchiridion exhibet. Patres Benedictini e Congregatione S. Mauri opusculum ad optimorum codicum fidem recensuere; Krabingerus vero saepissime editionem, cujus paginas margini Tubingensis exemplaris adscripsit, in censum suum vocavit.

Haec fuerunt Krabingeri adminicula critica!

Quod novae editionis capitum numerum attinet, id dumtaxat juvat addere, non in capita CXXII ad normam Maurinorum opusculum esse divisum, sed in capita XXXV; quem numerum pro suo quidem arbitratu, sed modo sat luculento ac perspicuo *Petrus Franciscus Fogginius* post Maurinos in editione sua Romana olim elegit. Eundem numerum, additis capitum inscriptionibus Fogginianis recentiores editores — ni fallor — omnes secuti sunt.

Iam nil habeo quod addam! Vale Lector et imprecare amico *Krabingero*: HAVE PIA ANIMA.

Dabam
Monachii,
ex comitiis
Die XX. Jan. MDCCCLXI.

ANTONIUS RULAND,
Bibliothecae regiae Wirceburgensis
Praefectus.

SIGLORUM EXPLANATIO.

a m	=	a manu
ad m	=	ad marginem
al. m	=	alia manus
a s. m	=	a secunda manu
corr	=	correctoris
c.	=	cum
e corr	=	e correctura
in mg	=	in margine
m	=	manu
om	=	omittit
pr	=	prior
r. m	=	recentior manus
ras	=	rasura
recc edd	=	recentiores editiones
rell	=	reliqui
v	=	vocem
vet ed	=	vetus editio
voc	=	vocem
vocc	=	voces

S. AURELII AUGUSTINI

HIPPONENSIS EPISCOPI

ENCHIRIDION

AD LAURENTIUM

DE

FIDE, SPE ET CARITATE.

CAPUT I.

Sapientiae verae donum exoptat Laurentio. Veram hominis sapientiam esse pietatem. Deum coli fide, spe, et caritate.

Ed. Maur. T. VI. p. 195. A. 1. Dici non potest, dilectissime [1]) fili Laurenti, quantum tua eruditione delecter, quamque te cupiam esse

---

Inscribitur hic Augustini liber in cod. Ma fol. 1, a (in capitulorum fronte) HENCHIRIDION (sic), fol. 8, b a r. m. habet: Incip Lib henchiridon sci augustini epi. Cod. Mb praefert fol. 1, b: LIB ENCIRIDION (sic) SCI AUGUSTINI EPI. Ita legitur etiam omisso vocabulo EPI fol. 4, b, ubi additur AD LAURENTIUM PRIMICIRIUM (sic) URBIS ROME. Mc scribit fol. 1, a: LIBER ENCHIRIDION SCI AUGUSTINI EPI. Plenius fol. 3, a: INCIPIT LIBER ENCHIRIDION SCI AUGUSTINI EPI AD LAURENTIUM DE FIDE SPE ET CARITATE. Md exhibet fol. 1, a: INCIPIT ENCHIRIDION. HOC. EST. MANUALIS. LIBER. SCI. AUGUSTINI. Congruit codex Me. In Mf exstat: Incipit Liber Encheridion (ita in eodem exemplari legitur etiam alibi) sancti Augustini epi. Codici Mg antiqua manus praemisit hunc titulum: enchiridion Beati Augustini epi, post vero recentior manus supra adiecit: Incipit encheridion beati augustini ipponensis episcopi. Mb habet: Incipit Enchyridion (sic) beati augustini epi de fide et spe et caritate. Mi fol. 1, a: Encheridion S. Augustini, fol. 4, a: Incipit liber Encheridion i. e. manualis liber s. Augustini. Conf. Maurinorum admonit.

Cap. I. 1) *kme* (i. e. *karissime* sive *carissime*) Mg. De hac scriptura per litteram *k* in libris Mss. satis frequente dixi ad Paulin.

sapientem, non ex eorum numero, de quibus dicitur [2]: *Ubi sapiens, ubi scriba, ubi conquisitor huius saeculi? Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi?* sed ex eorum, de quibus scriptum est: *Multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum.* Et quales vult apostolus fieri, quibus [3]) dicit [4]): *Volo autem vos sapientes quidem
B *esse in bono,* | *simplices autem in malo.* Hominis autem sapientia pietas est [5]). Habes hoc in libro sancti Iob; nam ibi legitur, quod ipsa [6]) Sapientia dixerit homini [7]): *Ecce pietas est sapientia;* si autem quaeras quam dixerat eo loco pietatem, distinctius in Graeco reperies θεοσέβειαν, qui est dei cultus. Dicitur enim Graece pietas et aliter,
C id est εὐσέβεια, | quo nomine significatur bonus cultus, quamvis et hoc praecipue referatur ad colendum deum.

---

de vita S. Ambrosii §. 12. p. 233. et ad Cypriani librum ad Donatum cap. I. not. 1. Ceterum utramque vocem *carissimus* et *dilectissimus* in Cypriani operum codicibus passim permutatam reperies. Dein *quantumque te cupiam* scribit Mg. 2) 1. Cor. 1, 20. Pro *sapientiam huius mundi* in vet. ed. legitur *huius seculi sapientiam.* Post vocc. *ex eorum* libri Mag addunt *numero.* Tum pro *scriptum est* iidem exhibent *dictum est*, Mcde *dicitur.* Vid. Sap. 6, 26. Pro *sapientum* in vet. ed. exstat *sapientium.* 3) *de quibus* Mafg. 4) Rom. 16, 19. Quae in editis subsequuntur verba: *Sicut autem nemo a se ipso esse potest, ita etiam nemo a se ipso sapiens esse potest, sed ab illo illustrante, de quo scriptum est: Omnis sapientia a deo est,* utpote in veteribus codicibus omissa secluserunt Maurini. Absunt eadem, ut a vet. ed., a meis Mss. omnibus, si excipias unum Mf, qui ea in mg. ab eadem manu ita habet: *Sicut enim a se ipso nemo esse potest, ita et nemo a se ipso sapiens est; sed illo illustrante, de quo scriptum est: Omnis sapientia a domino deo est.* Hanc igitur sententiam a glossatore quodam margini adiectam in textum irrepsisse manifestum est. Idcirco eam expungendam censui. 5) *pietas sapientia est* habet vet. ed. 6) *ipsa* om. idem liber. 7) Iob. 28, 28. Pro *dixerat* vet. ed. *dixerit.*

Sed nihil est commodius illo nomine, quo evidenter dei cultus expressus est [8]), cum quid esset hominis sapientia diceretur. Quaerisne aliquid dici brevius qui [9]) petis a me, ut breviter magna dicantur? An hoc ipsum tibi fortasse desideras [10]) breviter aperiri, atque in sermonem brevem [11]) colligi, quonam modo sit colendus deus? Hic si respondero, fide, spe, caritate colendum deum, profecto dicturus es, D | brevius hoc dictum esse quam velles [12]); ac deinde petiturus ea tibi breviter explicari, quae ad singula tria ista pertineant, quid credendum scilicet, quid sperandum, quid amandum sit. Quod cum fecero, ibi erunt omnia illa [13]), quae in epistula tua quaerendo posuisti: cuius exemplum si est penes te, facile est, ut ea revolvas et relegas; si autem non est, commemorante me recolas.

CAPUT II.

Laurentii postulata exponuntur. Scire quid credi, quid sperari, quid amari debeat, totam esse religionis scientiam. Christum catholicae fidei fundamentum esse; apud haereticos autem nomine tenus illum inveniri.

Vis enim tibi, ut scribis [1]), librum a me fieri, quem

---

8) *est expressus* Mb, tum *hominis* codd. mei omnes et vetus liber typis exscriptus, *homini* ed. Maur. 9) *quid* cod. Mf, *quod* vet. ed. 10) *forte desideras tibi* idem vet. liber, *breviter* om. Mg. 11) Hunc verborum ordinem e novem codd. et vet. ed. restitui; *in sermonem colligi brevem* exhibent editi. Tum *colendus sit* scribunt Mbcde. 12) *esse dictum* Mb, dein *velis* Mcgh et a sec. man. Ma, vel *velis* *velles* habet Mf. Mox *tibi* abest a Mf, tum *ista tria* exhibent codd. Mef et vet. ed. 13) *illa* om. Mb itemque vet. ed. Dein *epistula* primo legebatur in Mb. Quod sequitur *quaerendo* tuentur codd. Mbcdefhi, *quaerenda* dant Mag et vet. ed.

Cap. II. 1) *ut scribis, tibi* vet. ed. Eadem mox *ut* pro *et*.

196 A enchiridion, ut dicunt, habeas, et de tuis manibus | non recedat, continens postulata, id est, quid sequendum maxime, quid propter diversas principaliter haereses sit fugiendum; in quantum ratio pro religione contendat, vel quid in rationem cum fides sit sola, non conveniat [2]); quid primum, quid ultimum teneatur; quae totius definitionis summa sit; quod certum propriumque fidei catholicae fundamentum. Haec omnia quae requiris, procul dubio scies, diligenter sciendo quid credi, quid sperari debeat, quid amari. Haec enim maxime, immo vero sola
B in religione | sequenda sunt. His qui contradicit, aut omnino a Christi nomine [3]) alienus est, aut haereticus. Haec sunt defendenda ratione, vel a sensibus corporis inchoata, vel ab intellegentia [4]) mentis inventa. Quae autem nec corporeo sensu experti sumus, nec mente assequi valuimus, ac [5]) valemus, eis sine ulla dubitatione credenda sunt testibus, a quibus ea, quae divina vocari iam meruit scriptura, confecta est: qui ea sive per corpus, sive per animum, divinitus adiuti, vel videre, vel etiam
C prae|videre potuerunt. Cum autem initio [6]) fidei, quae per dilectionem operatur, inbuta mens fuerit, tendit bene

---

Tum *idem*, ut passim, pro *id est*. Ante *fugiendum* om. *sit* codd. Mce. 2) *in rationem — non veniat* Mci. Et ita correctum est e *non inveniat* in Mb, *in rationem — non eveniat* habet Md, *in rationem — non evehat* (superscr. *vel conveniat*) Mf, *in ratione — non veniat* dant Meh, *in ratione — non conveniat*, ut legitur in ed. Maur., Mag, *in rationc cum fide sit sola non inveniat* (sic) exstat in vet. ed. Cf. etiam quae ex suis codd. dederunt Maurini. In seqq. Mdfi exhibent *sit fundamentum*. 3) Praepositionem om. vet. ed. 4) Ita Mabc, ut solent veteres codd. 5) Vulg. *aut*. Sed codd. Mabcdg et vet. ed. *ac*, Mefi *nec*, Mh *ac nec*. Post *vocari* Mc om. *iam*. In seqq. vet. ed. habet *per animam*. 6) *de initio* Mbc, *in initio* Mf. Proxime *inbuta* Mabeghi, *imbuta* editi.

vivendo etiam ad speciem pervenire, ubi est sanctis et perfectis cordibus nota ineffabilis pulchritudo, cuius plena visio est summa felicitas. Hoc est nimirum quod requiris, *quid primum, quid ultimum teneatur:* inchoari fide, perfici specie [7]. Haec etiam totius definitionis est summa. Certum vero propriumque fidei catholicae fundamentum
D Christus est [8]: *Fundamentum enim aliud,* | ait apostolus, *nemo potest ponere, praeter id, quod positum est, quod est Christus Iesus.* Neque hoc ideo negandum est proprium fundamentum esse fidei catholicae, quia putari potest aliquibus haereticis hoc nobiscum esse commune. Si enim diligenter, quae ad Christum pertinent, cogitentur, nomine tenus invenitur Christus apud quoslibet haereticos, qui se Christianos vocari volunt; re ipsa vero non est apud eos. Quod ostendere nimis longum est, quoniam commemo-
197 A randae sunt omnes | haereses, sive quae fuerunt, sive quae sunt, sive quae potuerunt [9] esse sub vocabulo Christiano, et quam sit hoc verum per singulas quasque monstrandum. Quae disputatio tam multorum est voluminum, ut etiam infinita videatur. Tu autem enchiridion a nobis postulas, id est, quod manu possit adstringi [10], non quod armaria possit onerare. Ut igitur ad illa tria redeamus, per quae diximus colendum deum, fidem, spem, caritatem, facile est ut dicatur quid credendum, quid sperandum,
B quid | amandum sit; sed quemadmodum adversus eorum,

---

teneri spe. karitate
7) *perfici specie* (sic) Mf, *teneri spe* in mg. ab r. m. Mc, in ord. *spe* (gl. *caritate* ab illa r. m. supra addita), *spe* item vet. ed. Male, ut ex praecedentibus patet. 8) 1. Cor. 3, 11. 9) *poterunt* Mcdeh et a sec. m. Mb. 10) „vel *teneri*“ in marg. ab rec. m. Ma; *manu possit portari* Mh, *manus possit gestare* vet. ed., *manum* absque *possit adstringi* Mbcdei.

qui diversa sentiunt, calumnias defendatur, operosioris uberiorisque doctrinae est, quae ut habeatur, non brevi enchiridio manus debet inpleri, sed grandi studio pectus accendi.

CAPUT III.

Doctrinam de fide et spe et caritate in symbolo et in dominica oratione contineri, docet, et explicatur, quid in genere sint fides, spes et caritas, et qualis sit earum inter se mutuus nexus.

2. Nam ecce tibi est [1]) symbolum et dominica oratio: quid brevius auditur aut legitur? quid facilius memoriae commendatur? Quia enim de peccato gravi miseria [2]) premebatur genus humanum et divina indigebat misericordia,
C gratiae dei tem|pus propheta praedicens ait: *Et erit* [3]): *omnis qui invocaverit nomen domini, salvus erit,* propter hoc oratio. Sed apostolus cum ad ipsam gratiam commendandum hoc propheticum commemorasset testimonium, continuo subiecit [4]): *Quomodo autem invocabunt in quem non crediderunt?* propter hoc symbolum. In his duobus tria illa intuere: Fides credit, spes et caritas orant. Sed sine fide esse non possunt, ac per hoc et fides orat. Propterea quippe dictum est, quomodo invocabunt in quem
D | non crediderunt? Quid autem sperari potest quod non creditur? Porro aliquid etiam quod non speratur, credi potest. Quis namque fidelium paenas non credit impiorum? nec sperat tamen, et quisquis eas imminere [5]) sibi credit

---

Cap. III. 1) *Nam est tibi* Mh, *nam ecce ibi* Mdei, vel *tibi* *ibi* Mf. 2) *de peccato gravi et miseria* Mdef et vet. ed. Tum *genus humanum premebatur* Mc. Subinde *praevidens* Mdegi et vet. ed., quae postponit v. *propheta*. 3) Ioel. 2, 32. Deest *erit* in vet. ed., *omnis quicumque* habent Mcg una cum vet. ed. 4) Rom. 10, 14. 5) *inminere* Mabg. Sed praestat *imminere*. Vid. *Wagner*. de ortho-

ac fugaci motu animi exhorret, rectius timere dicitur, quam sperare. Quae duo quidam [6]) distinguens ait [7]): *Liceat sperare timenti.* Non autem ab alio poëta [8]), quamvis meliore, proprie dictum est: *Hunc ego si potui*
E *tantum sperare dolorem.* Denique nonnulli in arte | grammatica verbi huius utuntur exemplo ad ostendendam inpropriam [9]) dictionem et aiunt, sperare dixit pro timere. Est itaque fides et malarum rerum et bonarum, quia et bona creduntur et mala; et hoc fide bona, non mala. Est etiam fides et praeteritarum rerum et praesentium et futurarum. Credimus enim mortuum Christum [10]), quod iam praeteriit; credimus sedere ad dexteram patris, quod nunc est; credimus venturum ad iudicandum, quod futurum
F est. Item fides et suarum rerum est [11]) | et alienarum. Nam et se quisque credit aliquando esse coepisse, nec fuisse utique sempiternum, et alios atque alia [12]), nec solum de aliis hominibus multa, quae ad religionem pertinent, verum etiam de angelis credimus. Spes autem non nisi bonarum rerum est, nec nisi futurarum, et ad eum pertinentium, qui earum spem gerere perhibetur.

---

graph. Vergil. p. 410. §. 12. 6) Ita, ut Maurinorum codd., etiam Mbcdefgi. *Lucanus* pro *quidam* scribit Ma, *i. e. poeta Lucretius* *quidam* Mh. 7) *Lucanus* II. 15. 8) *Virgil.* Aen. IV. 419. 9) *inpropriam* codd. omnes, *impropriam* edd. 10) Ita Mabcdegi et vet. ed., *mortuum esse xpm* Mf, *Christum mortuum* solus Mh cum recentioribus editis. Infra vet. ed. habet *futurum* absque *est.* 11) *est* om. Mhi, post *fides* autem addit Mg, post *suarum* Mc. 12) *alios atque alia* solus Mh c. vet. ed., *alia atque alia* ceteri codd. Ad *alios* Maurini supplent *homines* et *alia* interpretantur per *rerum genera esse coepisse, nec fuisse sempiterna.* Tum vet. ed. om. *multa.* Verba proxima: *quae ad religionem pertinent* confirmant mei libri ad unum omnes vetusque editio.

Quae cum ita sint, propter has causas distinguenda erat [13]) fides ab spe, sicut vocabulo, ita rationali differentia. Nam
G quod attinet [14]) ad non videre, | sive quae creduntur, sive
198 A quae sperantur, fidei | speique commune est. In epistula quippe ad Hebraeos, qua teste usi sunt inlustres [15]) catholicae regulae defensores, fides esse dicta est *convictio rerum quae non videntur*. Quamvis quando se quisque non verbis, non testibus, non denique ullis argumentis, sed praesentium rerum evidentiae credidisse, hoc est, fidem adcommodasse [16]) dicit, non ita videtur absurdus, ut recte reprehendatur in verbo eique dicatur: Vidisti, ergo non credidisti; unde putari potest non esse con-
B sequens, ut non | videatur res quaecumque creditur. Sed melius hanc appellamus fidem [17]), quam divina eloquia docuerunt, earum scilicet rerum, quae non videntur. De spe quoque ait apostolus [18]): *Spes, quae videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si au-*

13) Sic pro *erit* codd. omnes congruente vetere editione. *Et* post *ita* omisi praeeuntibus libris Mbcdefhi, quibuscum facit vet. ed. Dein *rationali* pro *rationabili* recepi ex cod. Mg et vet. libro typis exscripto, nec aliter primo legebatur in Ma. 14) Recte *attinet* Mcdefgi itemque vet. ed., *adtinet* ceteri codd. c. ed. Maur. Nam *d* ante *t* constanter mutatur in *t*. Vid. quae adnotavi ad Paulin. de vita S. Ambrosii §. 10, 6. p. 232 et alibi. 15) *inlustres* Mab, *illustres* edd. Mox *dicta est fides esse* alio ordine Me. Tum pro *convictio* Mc et a s. m. Mb male *confictio*. Vid. Hebr. 11, 1. 16) *adcommodasse* Ma. Ceteri libri scripti et editi *accommodasse; dicit* in vet. ed. ante *credidisse* additum. Dein *absurdus* Mdei et pr. Mb, ut meliores Maurinorum codd.; *absurdum* Macfgh et editiones Maurinam antecedentes. In seqq. *ergo vidisti, non credidisti* Mag, *vidisti ergo, non credidisti* Mdef. Ita etiam reliqui et vet. ed., sed sine interpunctionis notula. 17) *appellamus hanc fidem* Mg. Item vet. ed. 18) *apostolus ait* Mbcef vetusque editio. Vid. Rom. 8, 24.

tem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus. Cum ergo bona nobis [19]) futura esse creduntur, nihil aliud quam sperantur. Iam de amore quid dicam, sine quo fides nihil prodest? Spes vero esse sine amore non potest [20]). Denique, ut [21]) ait apostolus
C | Iacobus [22]), *et daemones credunt, et contremescunt,* nec tamen sperant vel amant; sed potius quod speramus et amamus, credendo venturum esse formidant. Propter quod apostolus Paulus [23]) fidem, quae per dilectionem operatur, approbat atque commendat, quae utique sine spe non potest esse. Proinde nec amor sine spe est, nec sine amore spes, nec utrumque sine fide.

CAPUT IV.

Quid credendum sit, servato symboli ordine explicare incipit. Omnia creata esse a Deo. Malum nihil esse aliud quam privationem boni.

3. Cum ergo quaeritur, quid credendum sit, quod
D ad religionem pertineat, non rerum natura | ita rimanda est, quemadmodum ab eis, quos physicos Graeci vocant [1]); nec metuendum est, ne aliquid de vi et numero [2]) ele-

---

19) *bona a nobis* vet. ed., *bona bonis* Mdei, *bona* (vel *nobis*) *bonis* Mf. Proxime *nihil est aliud* scribit Mc, *nihil aliud sunt* Mh. 20) *enim* pro *vero* Mi. Tum *sine amore esse non potest* Mc et vet. ed., *sine amore non potest esse* Mdei. 21) *ut* om. Mafg, *ait* deest in Mi. 22) Iacob. 2, 19. Pro *contremiscunt* ex vet. ed. recepi *contremescunt,* quam formam codicum auctoritate ubique Virgilio restituit *Wagnerus.* Vid. quae adnotavit vir doct. de Orthograph. Vergil. voc. *tremesco.* Eodem modo *ingemescere* ex vetustis libris revocavi ap. Cyprian. de cathol. eccles. unitate cap. XVIII. n. 5., ubi conf. adnotat. 23) *Propter haec* vet. ed., tum *et apostolus Paulus* Mde. Dein *adprobat* Mag. Vid. Epist. ad Galat. 5, 6. Statim *quod utique* vet. ed.

Cap. IV. 1) *vocant Graeci* Me. 2) *et de numero,* mox *et de*

mentorum, de motu atque ordine et defectibus siderum, de figura caeli, de generibus et naturis animalium, fruticum, lapidum, fontium, fluminum, montium, de spatiis locorum et temporum, de signis imminentium tempestatum, et alia sescenta de his rebus, quas illi vel invenerunt vel invenisse se existimant, Christianus ignoret, quia nec
E ipsi omnia reppere|runt tanto excellentes ingenio, flagrantes studio, abundantes otio, et quaedam humana coniectura investigantes, quaedam vero historica experientia perscrutantes, et in eis, quae se invenisse gloriantur, plura opinantes potius, quam scientes. Satis est Christiano rerum creatarum causam, sive caelestium, sive terrestrium, sive visibilium, sive invisibilium non nisi bonitatem credere creatoris, qui est Deus unus et verus [3]), nullamque esse
F naturam, quae non aut ipse sit, aut ab ipso, eum|que esse trinitatem, patrem scilicet, et filium a patre genitum, et spiritum sanctum ab eodem patre procedentem [4]), sed unum eundemque spiritum patris et filii. Ab hac

---

figura vet. ed. In seqq. *spaciis* Mcfg et vet. ed. Vid. *Wagner.* de Orthograph. Vergil. p. 473. Mox *inminentium* Mghi. Conf. ad cap. III. not. 5. Statim *sescenta* pro *sexcenta* optime Mb. Vid. *Wagner.* l. c. p. 472. Male *sexaginta* Mh. Tum pro *iis* e codd. Mabcdefgh recepi *his* (*hiis* Mi et vet. ed.). Pronomine demonstrativo *hic* pro *is* cum relativo passim utitur Noster. Conf. quae de hoc usu adnotavi ad Paulin. de vit. S. Ambrosii p. 227 sq. Post *illi* abest *vel* a Mf. Deinde *invenire se* perperam habet Mg, *se* om. Mh. Pro *repererunt* recepi *reppererunt* e codd. Mcfgh, *repererunt* (alt. *p* a r. m. superscript.) dat Ma. De littera *p*, quod attinet hoc verbum, in perfectis duplicata dixi ad Ambrosium de Officc. p. 273. 3) *unus deus et verus* Mdegi. 4) Ita etiam codd. Mabdeghi et vet. liber typis exscriptus; in Mc post *patre* ab r. m. supra additum legitur *et filio.* Statim recte *eundemque* pro *eumdemque* codd. omnes c. vet. ed. Vid. *Wagner.* l. c. p. 453. Tum *et*

summe[5]) et aequaliter et inmutabiliter bona trinitate creata sunt omnia, nec summe, nec aequaliter, nec inmutabiliter bona, sed tamen bona etiam singula: simul vero universa valde bona, quia ex omnibus consistit universitatis admirabilis pulchritudo.

In qua etiam illud, quod malum dicitur, bene ordi-
G 199 na|tum et loco suo positum, eminentius commen|dat bona,
A ut magis placeant et laudabiliora sint, dum conparantur[6]) malis. Neque enim deus omnipotens, quod etiam [7]) infideles fatentur, rerum cui summa potestas, cum summe bonus sit, ullo modo sineret mali aliquid esse in operibus suis, nisi usque adeo esset omnipotens et bonus[8]), ut bene faceret et de malo. Quid est autem aliud, quod malum dicitur, nisi privatio boni? Nam sicut corporibus animalium nihil est[9]) aliud morbis et vulneribus affici,
B quam sanitate privari (neque | enim id agitur, cum adhibetur curatio, ut mala ista, quae inerant, id est morbi ac vulnera recedant hinc et alibi sint, sed utique ut non sint. Non enim ulla substantia, sed carnalis substantiae vitium est vulnus aut morbus, cum caro sit ipsa sub-

---

patris et filii Mdehi et ab r. m. Mb conspirante vet. editione. 5) *summa* Mg, ut edd. Lov. et Arn. Deinde *inmutabiliter* Mabdghi (vulg. *immut.*), *incommutabiliter* Mf. Post *omnia* expunxi *et*, utpote omissum in codd. omnibus. Tum *summa* rursus exhibet Mg et *inmutabiliter* pro *immut.* dant codd. ad unum omnes. Mox ante *universa* Mdefi inserunt *et*. Subinde *constat* vet. ed. Statim *vel amabilis*
admirabilis habet Mf, *ammirabilis* scribitur in Mcg. 6) Ita Mabgi, *comparantur* editi. 7) *et quod etiam* exhibent Mbcdehi, *et quem etiam* vet. ed. Respexit scilicet h. l. Noster *Virgil.* Aen. X. 100. 8) *et bonus* om. Mdei. 9) *est* non habet vet. ed. Tum *enim* om. Mbc et vet. ed. Mox pro *ista*, quod omittunt codd. Mgh, in Mbcdfi et in vet. ed. legitur *illa*.

stantia, profecto aliquod bonum [10]), cui accidunt ista mala, id est privationes eius boni, quod dicitur sanitas); ita et animorum quaecumque sunt vitia, naturalium sunt privationes bonorum, quae cum sanantur, non aliquo trans-
C feruntur; sed ea, | quae ibi erant, nusquam erunt, quando in illa sanitate non erunt.

CAPUT V.

Omnes creaturae sunt bonae, sed quia non summe bonae, ideo corruptibiles. Nullum potest esse malum, nisi nullum sit bonum. Bonum et malum, licet contraria, una simul stare.

4. Naturae igitur omnes, quoniam [1]) naturarum prorsus omnium conditor summe bonus est, bonae sunt; sed quia non, sicut earum conditor, summe atque incommutabiliter bonae sunt, ideo in eis et minui bonum et augeri potest. Sed bonum [2]) minui malum est; quamvis, quantumcumque minuatur, remaneat aliquid necesse est, si adhuc natura est, unde natura sit. Neque enim, si
D qualis|cumque et quantulacumque natura est, consumi bonum, quo [3]) natura est, nisi et ipsa consumatur, potest. Merito quippe natura incorrupta laudatur: porro si et incorruptibilis sit, quae corrumpi omnino non possit, multo

---

10) *bonum est* Madg, ut edd. Maurinam antecedentes. In seqq. post *ita* particulam *et* om. Mbc.

Cap. V. 1) *ergo* pro *igitur* vet. ed., *omnium* excidit in Mbc. Verba *sed quia* — — *bonae sunt* desunt in vet. ed. 2) *bonum* Mh et vet. liber typis excusus, *bono* Macdegi, ut vetustissimus Colbertinus apud Maurinos, e *bono* al. m. in Mb correxit *bonum*, *bono* vel *num* habet Mf. 3) Hanc Benedictinorum emendationem egregie confirmant codd. Mcdefhi; in Mb autem *quo* mutatum est in *quod* idque reperitur etiam in Mag et vet. ed. Proxime *et*, quod expunctum est in Me, omittunt Mbc. Paulo post vet. ed. habet *porro et si*.

est procul dubio laudabilior. Cum vero corrumpitur, ideo
malum est eius corruptio [4]), quia eam qualicumque privat
bono; nam si nullo bono privat, non nocet; nocet autem,
adimit igitur bonum. Quamdiu itaque natura corrumpitur,
E inest ei bonum, quo privetur: ac per hoc si | naturae
aliquid remanebit, quod iam corrumpi nequeat, profecto
natura incorruptibilis erit, et ad hoc tam magnum bonum
corruptione perveniet [5]). At si corrumpi non desinet [6]),
nec bonum habere utique desinet, quo eam possit privare
corruptio. Quam si penitus totamque consumpserit, ideo
nullum bonum inerit, quia natura nulla erit. Quócirca
bonum consumere corruptio non potest [7]), nisi consumendo
naturam. Omnis ergo natura bonum est, magnum si cor-
F rumpi non potest, parvum si | potest; negari tamen bonum
esse, nisi stulte atque inperite [8]) prorsus non potest.
Quae si corruptione consumitur, nec ipsa corruptio re-
manebit, nulla, ubi esse possit, subsistente natura [9]).

---

4) *eius est corruptio* Mb c. vet. ed. In seqq. *adimit igitur bonum* Md et ad veterum codicum fidem ed. Maur., *adimit* (superscripto *vel adimendo*) *igitur bonum* Mf, *adimit ergo bonum* vet. ed., *adimendo bonum* Maegi et a s. m. Mbc, *adimendo bono* Mh. 5) Tuentur hanc Arnaldi emendationem a Maurinis receptam codices Mei. Ita primo legebatur etiam in Mbc, ita et in Mb tertia manus rescripsit; *corruptio non pervenit* est in vet. ed., *corruptio non perveniet* exhibent Mdf et a s. m. Mbc cum ceteris editis, *corruptio non perveniat* dat Mh, *corruptio non pertinet* Mg, *incorruptione perveniet* Ma. 6) *desinit,* tum *desinet* Mg et vet. ed., *desinat* utroque loco Mh, *desinat* — *desinet* Mi. Dein *utique habere* Mcei. 7) *Quocirca corruptio bonum consumere non potest* Mag. 8) Ita quattuor codd., vulg. *imperite.* 9) Congruunt Mabdgh; *ubi nulla* scribit Mc, *ulla,* (superscripto *vel in ulla*) *ubi* Mf, *ulla ubi* — *non subsistente natura* Mi, *ulla ubi* — (superscripto *non*) *subs. nat.* Me, *ulla ubi possit esse substantiae natura* vet. ed.

Ac per hoc nullum est quod dicitur malum, si nullum sit[10]) bonum. Sed bonum omni malo carens integrum bonum est. Cui vero inest malum, vitiatum vel vitiosum bonum est: nec malum umquam potest esse ullum, ubi est bonum nullum[11]). Unde res mira conficitur, ut quia
G omnis natura, | in quantum natura est, bonum est, nihil aliud dici videatur, cum vitiosa natura mala esse natura
200 A dicitur, nisi malum esse, quod bonum est: nec ma|lum esse, nisi quod bonum est, quoniam[12]) omnis natura bonum est, nec res aliqua mala esset, si res ipsa quae mala est, natura non esset. Non igitur potest esse malum, nisi aliquod bonum. Quod cum dici videatur absurde, conexio[13]) tamen ratiocinationis huius velut inevitabiliter nos compellit hoc dicere. Et cavendum est nobis, ne incidamus illam sententiam propheticam[14]), ubi legitur[15]): *Vae his*[16]), *qui dicunt quod bonum est malum, et quod malum est bonum; qui dicunt tenebras lucem, et lucem*
B *tenebras; qui | dicunt dulce amarum et amarum dulce.* Et tamen Dominus ait[17]): *Malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala.* Quid est autem malus homo, nisi mala natura, quia homo natura est? Porro si homo aliquod bonum est, quia natura est; quid est malus homo, nisi malum bonum? Tamen cum duo ista discernimus,

---

10) *est* Mf. 11) *ubi est bonum nullum* codd. omnes et vet. ed., vulg. *ubi bonum est nullum.* 12) *quia* Mag. Paulo post *nisi res ipsa* Madfg. 13) Ita Mabdfgh. De qua scriptura vid. quae adnotavi ad Ambrosium de Officc. I. 32. §. 167, 5. Mox *conpellit* Mabdg. Sed praeferendum *compellit.* Vid. *Wagner.* de Orthograph. Vergil. p. 412, 14. 14) *sententiam propheticam* (vulg. legitur *prophet. sent.*) scripsi cum codd. Mbdefghi et vet. ed. 15) Esai. 5, 20. 16) *his* pro *iis* Mabdefghi, *hiis* vet. ed. Conf. ad cap. IV. not. 2. 17) Matth. 12, 35.

invenimus nec ideo malum quia homo est, nec ideo bonum quia iniquus est; sed bonum quia homo, malum quia iniquus. Quisquis ergo dicit: Malum est hominem esse,
C aut bonum est iniquum esse, | ipse incidit in propheticam illam sententiam: *Vae his*[18]) *qui dicunt quod bonum est malum, et quod malum est bonum.* Opus enim dei culpat, quod est homo; et vitium hominis laudat, quod est iniquitas. Omnis itaque natura, etiamsi vitiosa est, in quantum natura est, bona est; in quantum vitiosa est, mala est.

Quapropter in his[19]) contrariis, quae mala et bona vocantur, illa dialecticorum regula deficit, qua dicunt nulli rei duo simul inesse contraria. Nullus enim aër simul
D est et[20]) tenebrosus et lucidus; | nullus cibus aut potus simul dulcis et amarus; nullum corpus simul ubi album, ibi et nigrum; nullum simul ubi deforme, ibi et formosum. Et[21]) hoc in multis ac paene in omnibus contrariis reperitur, ut in una re simul esse non possint. Cum autem bona et mala nullus ambigat esse contraria, non solum simul esse possunt, sed mala omnino sine bonis, et nisi in bonis esse non possunt, quamvis bona sine malis possint. Potest enim homo vel angelus non esse iniustus;
E iniustus autem non potest esse nisi ho|mo vel angelus: et bonum quod homo, bonum quod angelus: malum quod iniustus. Et haec duo contraria ita simul sunt, ut si bonum non esset, in quo esset, prorsus nec malum esse

18) Ita iidem libri, quos ante commemoravi. 19) Recepi ex Mabdefgi, *hiis* habent Mi et vet. ed. Vulg. *iis*. 20) *et* om. Mfg, item infra ante *formosum* Mabdeghi. Alio verborum ordine in vet. ed. legitur *ubi formosum, ibi et deforme.* 21) *Et* deest in Mg. Tum *repperitur* scribunt Mafg, *invenitur* Mei.

potuisset; quia non modo ubi consisteret, sed unde ori-
retur corruptio, non haberet, nisi esset quod corrumpe-
retur; quod nisi bonum esset, nec corrumperetur, quon-
iam [22]) nihil est aliud corruptio, quam boni exterminatio.
Ex bonis igitur mala orta sunt, et nisi in aliquibus bonis
F non sunt; nec erat alias [23]) unde oriretur | ulla mali na-
tura. Nam si esset, in quantum natura esset, profecto
bona esset; et aut incorruptibilis natura magnum esset
bonum, aut etiam natura corruptibilis nullo modo esset,
nisi aliquod bonum, quod bonum corrumpendo posset ei
nocere corruptio.

Sed cum mala ex bonis orta esse dicimus, non pu-
tetur hoc dominicae sententiae refragari, qua dixit [24]):
Non potest arbor bona fructus malos facere. Non potest
enim, sicut Veritas ait [25]), colligi uva de spinis, quia non
G potest nasci uva de | spinis. Sed ex bona terra et vites
nasci posse videmus et spinas. Et eodem modo tamquam
201 A arbor mala fructus bonos, id est, opera bona, non po|test
facere voluntas mala; sed ex bona hominis natura oriri
voluntas et bona potest et mala, nec fuit prorsus [26]) unde
primitus oriretur voluntas mala, nisi ex angeli et hominis
natura bona. Quod et ipse dominus eodem loco, ubi de
arbore et fructibus loquebatur, apertissime ostendit; ait
enim [27]): *Aut facite arborem bonam et fructum eius
bonum, aut facite arborem malam et fructum eius malum;*
satis admonens ex arbore quidem bona malos, aut ex

---

22) *quia* Mdei. Dein *aliud est* Mdg. 23) Abest *alias* a codd. Mabdefghi et vet. ed. 24) *dicit* Mag. Vid. Matth. 7, 18. 25) *dicit* item Mag. Vid. ibidem v. 16. Mox *uva nasci* dant Magh, *uva de spinis nasci* habet Mf. Voc. *uva* Md omittit. 26) *prorsus fuit* Mde. 27) Matth. 12, 33. Paulo post *admonens* a m. pr. Ma, a sec. Mb,

B mala bonos nasci fructus non posse; ex ipsa tamen | terra, cui loquebatur, utramque arborem posse.

CAPUT VI.

Quarum rerum causas nosse ad beate vivendum pertineat. Error quid sit. Non omnis error noxius.

5. Quae cum ita sint, quando nobis Maronis ille versus [1]) placet: *Felix, qui potuit rerum cognoscere causas*, non nobis videatur ad felicitatem consequendam pertinere, si sciamus causas magnarum in mundo corporalium motionum, quae abditissimis naturae sinibus occuluntur, *unde tremor terris, qua vi maria alta tumescant* [2]), *obicibus ruptis rursusque in se ipsa residant*, et cetera
C huiusmodi. Sed bonarum et malarum rerum causas nos|se debemus, et id hactenus, quatenus eas homini in hac vita erroribus aerumnisque plenissima, ad eosdem errores et aerumnas evadendas nosse conceditur. Ad illam quippe felicitatem tendendum est, ubi nulla quatiamur aerumna, nullo errore fallamur. Nam si causae corporalium motionum noscendae nobis essent, nullas magis nosse, quam nostrae valitudinis, deberemus. Cum vero eis ignoratis medicos quaerimus, quis non videat quod de secretis caeli
D et terrae nos latet quanta sit patientia ne|sciendum?

Quamvis enim error quanta possumus cura cavendus

---

ammonens Mefghi et vet. ed. Deinde *fructus nasci* Mbdegi. In clausula *utramque arborem oriri posse* Mag, *u. a. posse nasci* Mbdei. Sed verba *oriri* et *nasci* glossas sapiunt.

Cap. VI. 1) *ille Maronis versus* Mg et vet. ed. Vid. Georg. II. 490. 2) Perperam *tumescunt* Mabdefi et vet. ed. Post *residant* in Mdehi irrepsit glossa *aequora*. Sumpsit Noster hos versus ex *Virgil.* Georg. II. 479—480.

sit, non solum in maioribus, verum etiam in minoribus
rebus, nec nisi rerum ignorantia possit errari; non est
tamen consequens, ut continuo erret, quisquis aliquid
nescit; sed quisquis se existimat scire quod nescit: pro
vero quippe approbat[3]) falsum, quod erroris est proprium.
Verumtamen in qua re quisque erret, interest plurimum.
Nam in una eademque re et nescienti[4]) sciens, et erranti
E non errans, recta ratione prae|ponitur. In diversis autem
rebus, id est, cum iste sciat alia, ille alia; et iste utiliora,
ille minus utilia, vel etiam noxia: quis non in eis, quae
ille scit, ei praeferat nescientem? Sunt enim quaedam[5]),
quae nescire quam scire sit melius. Item[6]) nonnullis
errare profuit aliquando, sed in via pedum, non in via
morum. Nam nobis ipsis accidit, ut in quodam bivio
falleremur, et non iremus per eum locum, ubi opperiens
transitum nostrum Donatistarum manus armata subsederat[7]);
F atque ita factum | est, ut eo quo tendebamus, per devium
circuitum veniremus; cognitisque insidiis illorum nos gra-
tularemur errasse, atque inde gratias ageremus deo. Quis
ergo viatorem sic errantem sic non erranti latroni prae-
ponere dubitaverit? Et fortasse ideo apud illum summum
poetam[8]) loquens quidam miser amator, *ut vidi*, inquit,
ut perii, ut me malus abstulit error! quoniam est et
error bonus, qui non solum nihil obsit, verum etiam pro-

3) *adprobat* Mg. Pro *quod est erroris proprium* cum octo codicibus et vet. ed. scripsi *quod erroris est proprium.* 4) *inscienti* Mb. 5) *quaedam* om. vet. ed. 6) Ita una cum vet ed. codd. omnes excepto Mc, in quo, ut in vulgatis libris, legitur *itemque.* 7) „Circumcelliones armati contra Augustinum vias aliquoties obsederunt teste *Possidio* in eius vita c. 12., ubi huius etiam recordatur periculi, quod hominis ductoris errore evasit Augustinus.“ Editores Maurini. 8) *Virgil.* Eclog. VIII. 41.

G sit aliquid. Sed diligentius considerata veritate, cum | aliud
nihil sit errare, quam verum putare quod falsum est fal-
sumve[9]) quod verum est; vel certum habere pro incerto
incertumve pro certo, sive falsum, sive sit verum; idque
tam sit in animo deforme atque indecens, quam pulchrum
202 A et dec|orum esse sentimus, vel in loquendo, vel in ad-
sentiendo. *Est, est, non, non*[10]). Profecto et ob hoc
ipsum est vita misera ista, qua vivimus, quod ei non-
numquam, ut non amittatur, error est necessarius. Absit,
ut talis sit illa vita[11]), ubi est animae nostrae ipsa veritas
vita; ubi nemo fallit, fallitur nemo. Hic autem homines
fallunt atque falluntur, miserioresque sunt cum mentiendo
fallunt, quam cum mentientibus credendo falluntur. Usque
B adeo tamen rationalis[12]) natura refugit falsita|tem, et
quantum potest, devitat errorem, ut falli nolint etiam qui-
cumque amant fallere. Non enim sibi qui mentitur[13])
videtur errare, sed alium in errorem mittere credentem
sibi. Et in ea quidem re[14]) non errat, quam mendacio
contegit, si novit ipse quid verum sit; sed in hoc fallitur,
quod putat sibi suum non obesse mendacium, cum magis
facienti, quam patienti obsit omne peccatum.

---

9) *falsumve* pro *falsumque* Mbdefi. Opponitur *incertumve*, quod exhibent codd. omnes praeter Mg, in quo est *vel incertum*. Mox *falsum sit sive verum* Md, — *verum sit* Mf. In seqq. pro *assentiendo* ex cod. Ma recepi *adsentiendo*, de qua scriptura vid. *Wagner*. de Orthograph. Vergil. p. 408, 7. 10) Matth. 5, 17. 11) *vita illa* vet. ed. 12) *rationabilis* Mab, item Mf (superscr. alt. lectione). Cf. ad cap. III. n. 13. 13) *qui sibi mentitur* vet. ed. 14) *in ea re quidem* Mabdeghi et vet. ed. Pro *mendacio* Mdefi habent *mentiendo*. Tum *et si novit* moxque *quod putat sibi non obesse suum mendacium* legitur in vet. ed.

CAPUT VII.

Omne mendacium est peccatum, aliud tamen alio gravius. Quis vere mentiatur? Quilibet error est malum, licet alius alio est perniciosior.

6. Verum hic difficillima et latebrosissima [1]) gignitur
c quaestio, de qua iam grandem librum, | cum respondendi necessitas nos urgueret, absolvimus, utrum ad officium hominis iusti pertineat aliquando mentiri. Nonnulli [2]) enim eo usque progrediuntur, ut et peierare et de rebus ad dei cultum pertinentibus, ac de ipsa dei natura falsum aliquid dicere, nonnumquam bonum piumque opus esse contendant. Mihi autem videtur peccatum quidem esse omne mendacium, sed multum interesse quo animo et quibus de rebus quisque mentiatur. Non enim sic peccat
D ille [3]), qui consu|lendi, quomodo ille, qui nocendi voluntate mentitur; aut vero tantum nocet, qui viatorem mentiendo in diversum iter mittit, quantum is, qui viam vitae mendacio fallente depravat. Nemo sane mentiens iudicandus est, qui dicit falsum quod putat verum, quoniam quantum in ipso est, non fallit ipse, sed fallitur. Non itaque mendacii, sed aliquando temeritatis arguendus est

---

Cap. VII. 1) *et latebrosissima* om. vet. ed. Subinde *urgueret* recepi ex codd. Mabfh et vet. ed., *urgeret* exhibent ceteri cum recentioribus editis libri scripti praeter Mg, in quo perperam est *argueret*. De forma *urguere* vid. adnotata ad Ambros. de Officc. I. 30. §. 149, 5. Pro *absolvimus* vet. ed. dat *confecimus*. 2) Redarguuntur Priscillianistae. Prius *et* abest a vet. ed. Infra eadem habet *bonum opus piumque* verbis seqq. usque ad *interesse* omissis. 3) Deest *ille* in vet. ed. Mox *aut vero* confirmant Mabc, *aut* vel *at* *vero* scribitur in Mf, *haud vero* in Mg, *haut vero* in ceteris est libris et vet. ed.

qui falsa incautius credita pro veris habet [4]); potiusque
E e contrario, quantum in ipso est, ille mentitur qui di|cit
verum, quod putat falsum. Quantum enim ad animum
eius attinet, quia non quod sentit, hoc dicit, non verum
dicit, quamvis verum inveniatur esse quod dicit; nec ullo
modo liber est a mendacio, qui ore nesciens verum lo-
quitur, sciens autem voluntate mentitur. Non consideratis
itaque rebus ipsis, de quibus aliquid dicitur, sed sola in-
tentione dicentis, melior est qui nesciens falsum dicit,
quoniam id verum putat, quam qui mentiendi animum
F sciens gerit, nesciens verum es|se quod dicit. Ille nam-
que non aliud habet in animo, aliud in verbo; huic vero,
qualecumque per se ipsum sit quod ab eo dicitur, aliud
tamen clausum in pectore, aliud in lingua promptum est [5]),
quod malum est proprium mentientis. In ipsarum autem
quae dicuntur consideratione rerum tantum interest, qua
in re quisque fallatur, sive mentiatur, ut cum falli, quam
mentiri minus sit malum, quantum pertinet ad hominis
voluntatem, tamen longe sit tolerabilius [6]) in his, quae a
G religio|ne sunt seiuncta, mentiri, quam in his, sine quorum
fide vel notitia deus coli non potest, falli [7]). Quod ut
inlustretur [8]) exemplis, intueamur quale sit, si quispiam
dum mentitur, vivere nuntiet aliquem mortuum; et alius
208 A dum fallitur, credat iterum | Christum post quamlibet longa
tempora moriturum; nonne illo modo mentiri, quam isto

---

4) *credit ac pro veris habet* Mdefi et vet. ed. 5) Ob oculos habuit *Salust.* Catil. cap. 10. 6) *sit tolerabilius* Mabdefghi et vet. ed. Vulg. *tolerabilius sit*. Alterum *his* pro *iis* ex iisdem codd. recepi. 7) Verba ista: *ut in pluribus a perquirente lucidius investigabitur*, quae in exemplaribus Amerbachii, Erasmi et Danaei adduntur, solus agnoscit Mf. 8) Ita Mabgh. Vulg. *illustretur*. In

modo falli inconparabiliter praestat, multoque minoris mali est in illum errorem aliquem inducere, quam in istum ab aliquo induci?

In quibusdam ergo rebus magno, in quibusdam parvo, in quibusdam nullo malo, in quibusdam nonnullo etiam bono fallimur. Nam magno malo fallitur homo, cum hoc non credit, quod ad vitam ducit aeternam, vel hoc credit,
B quod ad mortem ducit aeternam. | Parvo autem malo fallitur qui falsum pro vero approbando [9]) incidit in aliquas molestias temporales, quibus tamen adhibita fidelis patientia, convertit eas in usum bonum. Velut si quisquam bonum hominem putando, qui malus est, aliquid ab eo patiatur mali. Qui vero malum hominem ita bonum credit, ut nihil ab eo mali patiatur [10]), nullo malo fallitur; nec in eum cadit illa prophetica detestatio [11]): *Vae his* [12]), *qui dicunt quod malum est bonum.* De ipsis enim rebus,
C quibus homines mali | sunt, non de hominibus dictum intellegendum [13]) est. Unde qui adulterium dicit bonum, recte arguitur illa voce prophetica [14]). Qui vero ipsum hominem dicit bonum, quem putat castum, nescit adulterum, non in doctrina rerum bonarum et malarum, sed in occultis humanorum fallitur morum, vocans hominem bonum, in quo putat esse quod esse non dubitat bonum [15]),

---

seqq. pro *incomparabiliter* dedi *inconparabiliter* ex iisdem codd. 9) *adprobando* Magh. Tum *fidelis* reperitur etiam in Madefghi et in vet. ed., quae lectio in Mb per ras. mutata est in *fideli*. 10) *mali patiatur* (hoc ordine) codd. Mabdefghi et vet. ed., *patiatur mali* recentiores editi. Statim *nullo malo* Mbchi et e corr. Me, *in illo malo* errore typothetico in vet. ed., *nullo modo* Madfg. 11) Esai. 5, 20. 12) *his* octo codd., vulg. *iis*. 13) Ita Mab, *intelligendum* libri rell. c. editis. 14) *prophetae* Mdehi et (alt. lectione superscripta) Mf. 15) Tuentur hanc lectionem Mcdei, *non dubitat esse*

et dicens malum adulterum et bonum castum; sed hunc bonum dicens nesciendo adulterum esse, non castum.
D Por|ro si per errorem evadit quisque perniciem, sicut superius dixi nobis in itinere contigisse, etiam boni aliquid homini errore confertur. Sed cum dico in quibusdam rebus nullo malo aliquem, vel nonnullo etiam bono falli, non ipsum errorem dico nullum malum, vel nonnullum bonum; sed malum quo non venitur, vel bonum quo venitur errando, id est, ex ipso errore quid non eveniat, vel quid proveniat [16]. Nam ipse per se ipsum error aut magnum in re magna, aut parvum in re parva,
E | tamen semper est malum. Quis enim nisi errans malum neget approbare [17]) falsa pro veris, aut inprobare vera pro falsis, aut habere incerta pro certis vel certa pro incertis? Sed aliud est malum hominem putare qui bonus est [18]), quod est erroris; et aliud est ex hoc malo aliud malum non pati, si nihil noceat homo malus, qui est putatus bonus. Itemque aliud est ipsam viam putare, quae non est [19]) ipsa; et aliud est ex hoc erroris malo aliquid boni consequi, velut est ab insidiis malorum ho-
F |minum liberari.

---

bonum habet Mh. Verb. *esse* om. Mf. Deleto verbo *esse* in Ma scribitur *novit bonum*, in Mb *novit bonum* sine *esse*, in Mg autem *esse novit bonum*, in vet. ed. *quia esse bonum novit*. 16) *quod non eneniat* (*veniat* vet. ed.) *vel quod proveniat* Mi et vet. ed. 17) *aut probare* vet. ed., *adprobare* Ma, *adprobari* ex *adprobare* Mg. Tum *inprobare* Mbdgi, *improb*. edd. 18) Ita codd. c. vet. ed., *bonum hominem — qui malus est* vulg. 19) *est* om. Mg.

CAPUT VIII.

Non omne erroris genus esse peccatum. Academici refelluntur, qui, ut error vitetur, omnem assensionem suspendi volunt. Errorem non semper esse peccatum, sed semper esse malum.

7. Nescio sane, utrum etiam huiusmodi errores [1]: cum homo de malo homine bene sentit, qualis sit nesciens, aut pro eis, quae per sensus corporis capimus, occurrunt similia, quae spiritu tamquam corpore, aut corpore tamquam spiritu sentiuntur; quale putabat esse apostolus Petrus [2], quando se existimabat visum videre, repente de claustris et vinculis per angelum liberatus; aut in ipsis
G rebus corporeis lene putatur esse quod aspe|rum est, aut dulce quod amarum est, aut bene olere quod putidum est,
204 A aut tonare cum rheda | transit, aut illum esse hominem, cum alius sit, quando duo simillimi sunt, quod in geminis saepe contingit; unde ait ille [3]: *Gratusque parentibus error;* et cetera talia etiam peccata dicenda sint. Nec [4]) quaestio nodosissima, quae homines acutissimos Academicos torsit, nunc mihi enodanda suscepta est, utrum

---

Cap. VIII. 1) *eiusmodi errores* Mb, *eius modi error est* Mab, *eius modi error* (omisso v. *est*) Mg, *huius sit modus erroris* Mdei et Mf superscr. *vel eiusmodi error est.* Mox *sentit bene* Mgh. Tum abest v. *sit* a Mg. Post *similia* omnia usque ad *quando se existimabat* in vet. ed. desunt. 2) *putabat apostolus Petrus esse* Mg. Dein *se existimabat* pro *exist. se* octo codd. et vet. ed. In seqq. post *asperum* omittitur *est* in Mh, post *amarum* in Mbdehi et vet. ed., item post *putidum* (*putridum* habent Mbfh congruente vet. ed.) in Mdefghi et vet. liber typis exscriptus. Proxime *cum sit alius* Mbdefhi, quibuscum facit vet. ed., *cum alius sit* edd. rec. *Duo* excidit in vet. ed. Pronomen *sibi* post *simillimi* octo codd. et vet. ed. om. Quare expunxi. 3) *ille ait: Gratus* vet. ed. Sumptum hoc hemistichium ex *Virgil.* Aen. X. 392. 4) *Haec* (*hoc*

aliquid debeat sapiens approbare, ne incidat in errorem,
si pro veris approbaverit falsa, cum omnia, sicut affirmant,
B vel occulta sint vel incerta. Unde tria confeci volumina
in [5]) initio conversionis meae, ne inpedimento nobis essent,
quae tamquam in ostio contradicebant. Et utique fuerat
removenda inveniendae desperatio veritatis, quae illorum
videtur argumentationibus roborari. Apud illos ergo error
omnis putatur esse peccatum, quod vitari non posse con-
tendunt, nisi omnis suspendatur adsensio [6]). Errare quippe
dicunt eum, quisquis adsentitur incertis nihilque certum [7])
esse in hominum visis propter indiscretam similitudinem
C falsi, etiam si quod | videtur forte sit verum, acutissimis
quidem, sed inpudentissimis conflictationibus disputant.
Apud nos autem *iustus ex fide vivit* [8]). At si tollatur
adsensio [9]), fides tollitur, quia sine adsensione nihil cre-
ditur. Et sunt vera, quamvis non videantur, quae nisi
credantur, ad vitam beatam, quae nonnisi aeterna est,
non potest perveniri. Cum istis vero utrum loqui debea-
mus [10]) ignoro, qui, non victuros in aeternum, sed in

---

vet. ed.), vulg. *nec*. Mox *adprobare* Mag. Tum *adprobaverit* Ma. Idem *adfirmant*. 5) *in* omissum in Madhi, erasum in Me, superscriptum a r. m. in Mb. Pro *impedimento* recepi *inpedim.* ex septem codd. Dein *esset, quae — contradicebat* (i. e. *quaestio*) exhibent Madefghi et a m. pr. Mb, nec discrepat vet. ed. 6) *adsensio* Ma et proxime *adsentitur* Mab. Recte. Cf. ad cap. VI. not. 8. Vulg. *assensio* et *assentitur*. 7) *certi* per ras. Mb. *Visis* confirmant Mbdehi et vet. ed., *visis* (superscr. „vel *visibus*“) habet Mf, *visus* Ma, *visu* Mg. Deinde *incertam* pr. Ma, ex corr. *indiscretam*; *incertam* etiam Mg. Paulo post *inpudentissimis* pro *impud.* Mabdeghi, *inprud.* Mf. Tum *conflictibus* Mbdefhi, in quorum Mf superscriptum legitur „*vel conflictationibus.*“ 8) Habac. 2, 4. et Rom. 1, 17. 9) *adsensio*, tum *adsensione*, ut solet, Ma. 10) *utrum loqui debeamus, an non loquamur* vet. ed. Tum idem liber *in praesenti*.

praesentia se vivere nesciunt; immo nescire se dicunt D quod nescire non | possunt. Neque enim quisquam sinitur nescire se vivere: quando quidem si non vivit, non potest aliquid vel nescire [11]), quoniam non solum scire, verum etiam nescire viventis est. Sed videlicet non adsentiendo [12]) quod vivant, cavere sibi videntur errorem: cum etiam errando convincantur vivere, quoniam non potest qui non vivit errare. Sicut ergo nos vivere non solum verum, sed etiam certum est: ita vera et certa sunt multa, quibus E non adsentiri [13]), absit ut sapientia potius, quam de|mentia nominanda sit.

In quibus [14]) autem rebus nihil interest ad capessendum dei regnum, utrum credantur, an non; vel utrum vera sive sint, sive putentur, an falsa; in his errare, id est, aliud pro alio putare, non arbitrandum est esse peccatum; aut si est, minimum esse atque levissimum. Postremo qualecumque illud et quantumcumque sit, ad illam viam non pertinet, qua imus ad deum: quae via fides est Christi, quae per dilectionem operatur [15]). Neque enim F ab hac via deviabat in ge|minis filiis gratus ille [16]) parentibus error, aut ab hac via deviabat apostolus Petrus, quando se existimans visum videre, aliud pro alio sic putabat, ut a corporum imaginibus, in quibus se esse arbitrabatur, vera, in quibus erat, corpora non dignosceret,

---

11) Ita etiam mei codd. et vet. ed. Mox *verum etiam nescire* om. vet. ed., *non* *nisi* (*non* a r. m. superscr.) habet *viventis* Ma, *nisi viventis* scribunt Mfg. 12) *adsentiendo* Ma pro *assent.* 13) *adsentiri* Mah. 14) *In quibusdam* Mag, *in quibus* *dam* Mf. Tum *regnum dei* Mag. 15) Gal. 5, 6. 16) *ille gratus* Mg. Proxime *deviabat* correctum est e *deviat* in Mabef. Vid. Act. 12, 19. Dein *existimabat* scribitur in Mg. In seqq. *in quibus erant* habent

nisi cum ab illo angelus, per quem fuerat liberatus, abscessit; aut ab hac via deviabat Iacob patriarcha, quando viventem filium a bestia credebat occisum. In his atque huiusmodi falsitatibus salva fide, quae in deum [17]) nobis
G est, fallimur, et via | non relicta, quae ad illum *nos* ducit, erramus: qui errores etiamsi peccata non sunt, tamen in
205 A malis hu|ius vitae deputandi sunt, quae ita subiecta est vanitati, ut approbentur hic falsa pro veris, respuantur vera pro falsis, teneantur incerta pro certis. Quamvis enim haec ab ea fide absint, per quam veram certamque ad aeternam beatitudinem tendimus [18]); ab ea tamen miseria non absunt, in qua adhuc sumus. Nullo modo quippe falleremur in aliquo vel animi vel corporis sensu, si iam vera illa atque perfecta felicitate frueremur.

CAPUT IX.

Omne mendacium esse peccatum. Nec pro alterius salute licitum esse mentiri.

Porro autem omne mendacium ideo dicendum est esse
B peccatum, | quia homo non solum quando scit ipse quod [1]) verum sit, sed etiam, si quando errat et fallitur, sicut homo, hoc debet loqui quod animo gerit, sive illud verum sit, sive putetur et non sit. Omnis autem qui mentitur,

---

Mabdefgi et vet. ed. Tum *dinosceret* Mabdfgh et a s. m. Mi. Item vet. ed. Paulo post *discessit* Mf. Infra *credebat a bestia occisum* Mg. 17) *in domino* vet. ed. Mox ante *ducit* inserui *nos* ex septem codd. et vet. ed. In seqq. Mag scribunt *adprobentur*. 18) Ita etiam Madefghi una cum vet. ed. Ante *veram* al. m. in Mb superscripsit *ad* et ante *aeternam* idem liber in ras. habet coniunctionis particulam *et*.

Cap. IX. 1) *quid* Mbdefi. Post *verum sit* usque ad *sive putetur* omnia desunt in vet. ed. Mox *in animo gerit* Mdg.

contra id, quod animo sentit [2]), loquitur voluntate fallendi. Et utique verba propterea sunt instituta [3]), non per quae se homines invicem fallant, sed per quae in alterius quisque notitiam cogitationes suas perferat. Verbis ergo uti ad fallaciam, non ad quod sunt instituta [4]), peccatum est.
C Nec | ideo ullum mendacium putandum est non esse peccatum, quia possumus aliquando alicui prodesse mentiendo. Possumus enim [5]) et furando, si pauper, cui palam datur, sentit commodum, et dives, cui clam tollitur, non sentit incommodum: nec ideo tale furtum quisquam dixerit non esse peccatum. Possumus et adulterando, si aliqua, nisi ad hoc ei [6]) consentiatur, appareat amando moritura, et si vixerit, paenitendo purganda; nec ideo peccatum negabitur tale adulterium. Si autem merito nobis placet ca-
D stitas, quid offendit veri|tas, ut propter alienam utilitatem illa non violetur adulterando et violetur ista mentiendo? [7]) Plurimum quidem ad bonum profecisse homines, qui nonnisi pro salute hominis mentiuntur, non est negandum; sed in eorum tali profectu [8]) merito laudatur, vel etiam temporaliter remuneratur benivolentia, non fallacia, quae

---

2) *sentit animo* Mf. 3) *se invicem homines* Ma, *hom. invicem se* Mei et vet. ed., *invicem se hom.* Mbdfh. 4) Ita codd. et vet. ed., *instituta sunt* edd. rell. 5) *autem* Mdefi. Omisso *enim* pro *et* in Mg scribitur *etiam*. Post *furando* Mafg addunt *aliquando prodesse*, Mh et in mg. a corr. m. Mb *alicui prodesse*, quae verba merae sunt glossae. 6) *ei* erasum in Mb, omissum in vet. ed. 7) Libri ante Maurin. editi excepto vet. illo interponunt haec: *Non ideo mendacium poterit aliquando laudari, quia nonnumquam pro salute quorundam mentimur. Peccatum ergo est, sed veniale, quod benevolentia excusat et ideo fallacia damnat.* A meis codd. et omnibus prope a Maurinis excussis merito haec absunt. 8) *provectu* Mdeh; item superscripto „*vel profecto*" Mf, *profecto* Mag c. vet. ed. Dein *benivolentia* octo codd. et vet. liber typis excusus,

ut ignoscatur, sat est, non ut etiam praedicetur, maxime in heredibus testamenti novi, quibus dicitur[9]: *Sit in ore vestro, est, est; non, non: quod enim*[10]) *amplius est,*
E | *a malo est.* Propter quod malum, quia subrepere in hac mortalitate non desinit, etiam ipsi coheredes Christi dicunt[11]): *Dimitte nobis debita nostra.*

CAPUT X.

Bonitatem dei esse causam bonarum rerum, malarum vero voluntatem creaturae rationalis deficientem ab immutabili bono. Ignorantiam et concupiscentiam poenas esse peccati, et peccatorum secundas causas. Homini, quia peccavit, irrogatam esse etiam poenam mortis. Poenis peccati Adae totam eius stirpem obstringi. Hominis reformationem in melius ex sola dei misericordia.

8. His itaque pro huius brevitatis necessitate tractatis, quoniam causae cognoscendae sunt rerum bonarum et malarum, quantum viae satis est, quae nos perducat[1]) ad regnum, ubi erit vita sine morte, sine errore veritas, sine perturbatione felicitas, nequaquam dubitare debemus,
F rerum, quae | ad nos pertinent, bonarum causam non esse nisi bonitatem dei; malarum vero ab inmutabili bono[2]) deficientem boni mutabilis voluntatem, prius angeli, hominis postea. Hoc primum est creaturae rationalis[3]) malum, id est, prima privatio boni; deinde iam[4]) etiam nolentibus subintravit ignorantia rerum agendarum et concupiscentia noxiarum, quibus comites subinferuntur error et dolor,

---

vulgo *benevolentia.* Proxime *satis* Mag, *sat*[is] (*is* a s. m. supra addito) Mb. Tum *novi testamenti* Mg. 9) Matth. 5, 37. 10) *enim* deletum in Ma. 11) Matth. 6, 12.

Cap. X. 1) *perducit* Mbc. Tum *ad regna* vet. ed. Infra idem liber *pertineant.* 2) *inmutabili* octo codd. pro *immutabili.* 3) *rationabilis* Mbc. 4) *iam* om. Mc. In seqq. *imminentia* scribunt Mag:

G quae duo mala quando imminentia sentiun|tur, ea fugitantis animi motus vocatur metus. Porro animus cum adipiscitur concupita, quamvis sint perniciosa vel inania,
206 A quoniam id errore non sen|tit, vel delectatione morbida vincitur, vel [5]) vana etiam laetitia ventilatur. Ex his morborum, non ubertatis, sed indigentiae tamquam fontibus omnis miseria naturae rationalis emanat. Quae tamen natura in malis suis non potuit amittere beatitudinis appetitum. Verum haec communia mala sunt et [6]) hominum et angelorum pro sua malitia domini iustitia damnatorum. Sed homo habet et paenam propriam [7]), qua etiam corporis morte punitus est. Mortis ei quippe supplicium deus
B com|minatus fuerat, si peccaret: sic eum munerans libero arbitrio [8]), ut tamen regeret imperio, terreret exitio atque in paradisi felicitate tamquam in umbra vitae, unde iustitia custodita in meliora conscenderet, collocavit.

Hinc post peccatum exsul effectus stirpem quoque suam, quam peccando in se tamquam in radice vitiaverit, paena mortis et damnationis [9]) obstrinxit, ut quidquid prolis ex illo et simul damnata per quam peccaverat

---

Cf. ad cap. III. not. 5. 5) *vel vana etiam* a manu emendatrice per ras. habet Mb, *vel* om. Mcdefi. 6) *et* deest in Mde. Mox *dei iustitia* vet. ed. Tum *dampnatorum* Mefghi. 7) *propriam paenam* Mg. Dein *quia* pro *qua* Mdehi, *qui* Mg. 8) *libero munerans arbitrio* Mdei. Tum *inperio* Md. De qua scriptura vid. *Wagner*. de Orthograph. Vergil. p. 411. Infra *conlocavit* exhibent Ma et a m. pr. Mb. Probavit quidem hanc scribendi rationem *Silligius* in Praefat. ad Plin. natur. histor. Tom. I. p. LXXII; aliter tamen sentit *Wagnerus* l. c. p. 409. Retinui igitur praesertim hoc loco, cum praecedat *conscenderet*, lectionem vulgatam. 9) Ita etiam Mabcd, *dampnationis* habent codd. rell. Dein *quidquid*, ut ed. Maur., primo Ma, idque recte (vid. *Wagner*. l. c. p. 467), *quicquid* Mbcdefh et vet. ed., *quicquit* Mgi. Statim *dampnata* Mefghi. Vocc. *et con-*

coniuge, per carnalem concupiscentiam, in qua inobedien-
C tiae paena similis retributa est, nasceretur, | traheret ori-
ginale peccatum, quo traheretur per errores doloresque
diversos ad illud extremum cum desertoribus angelis
vitiatoribus et possessoribus et consortibus suis sine fine
supplicium. Sic *per unum hominem peccatum intravit* [10])
in mundum et per peccatum mors; et ita in omnes
homines pertransit, in quo omnes peccaverunt [11]). Mun-
dum quippe appellavit eo loco [12]) apostolus universum
genus humanum. Ita ergo se res habebat: iacebat in
malis, vel etiam volvebatur, et de malis in mala praeci-
D pitabatur to|tius humani generis massa damnata; et ad-
iuncta parti eorum, qui peccaverant angelorum, luebat
impiae desertionis dignissimas paenas. Ad iram quippe
dei pertinet iustam, quidquid [13]) caeca et indomita con-
cupiscentia faciunt libenter mali, et quidquid manifestis
opertisque paenis patiuntur inviti: non sane creatoris de-
sistente bonitate et malis angelis subministrare vitam vi-
vacemque potentiam, quae subministratio si auferatur,

---

sortibus, quae infra habentur, in Ma sunt deleta, a corr. m. addita in Mb et ab ead. m. margini adscripta in Me. 10) *introivit* vet. ed. Dein *pertransivit* Mg et a m. pr. Ma, a sec. *pertransiit*, quod ceteri omnes ac vet. ed. agnoscunt et plures alii apud Augustinum loci tuentur. In ed. Maur. exstat *pertransit*, quae est perfecti forma contracta. Vid. ad cap. XVI. not. 25 et quae adnotavi ad Ambros. de Officc. I. 14. §. 52, 1. et §. 109, 2. 11) Rom. 5, 12. ubi vid. *Sabatier*. 12) *eo loco appellavit* proximeque *res se habebant* vet. ed., *habebant* item Mdefhi et a corr. m. Mb. Tum *praecipitabatur in mala* Mg. Statim *generis humani* Mbcfh. Dein *dampnata*, ut supra et passim, plures codd. Proxime *peccaverunt* Mabdegi. 13) Plerique codd. vetusque ed. hic et in seqq. male *quicquid*. Cf. supra not. 9. Mox *apertisque* codd. mei omnes et Maurinorum paene

interibunt[14]; et hominum, quamvis de propagine vitiata
E dam|nataque nascentium, formare semina et animare, or-
dinare membra, per temporum aetates, per locorum spatia
vegetare sensus, alimenta donare. Melius enim iudicavit
de malis benefacere, quam mala nulla esse permittere. Et
si quidem in melius hominum reformationem nullam pror-
sus esse voluisset, sicut impiorum nulla est angelorum,
nonne merito fieret, ut natura, quae deum[15]) deseruit,
quae praeceptum sui creatoris, quod custodire facillime
F posset, sua male utens potestate calcavit | atque trans-
gressa est, quae in se sui conditoris imaginem ab eius
lumine contumaciter aversa violavit, quae salubrem ser-
vitutem ab eius legibus male libero abrupit arbitrio, uni-
versa in aeternum desereretur ab eo et pro suo merito
paenam penderet sempiternam? Plane ita faceret, si tan-
tum iustus, non etiam misericors esset suamque indebitam
G misericordiam multo evidentius in indig|norum potius libe-
ratione monstraret[16]).

---

omnes conspirante vet. editione. 14) *interibit* a s. m. in ras. Mb, *intercidunt* Mch, *intercidit* Ma. In seqq. *et ordinare* exhibent Mag. Omittunt *et* Mbdefhi. Verb. *ordinare*, quod abest a Mc, in Mb a s. m. ad mg. additum legitur. Statim Mcde dant *per locorum aetates*, *per temporum spatia* itemque a m. pr. Mb; *per locorum spacia*, *per temporum aetates* scribit Mf. *Spacia* reperi etiam in Mg et vet. ed. Cf. ad cap. IV. not. 2. 15) *dominum* vet. ed. Dein *possit* mendose Mc et pr. Mb, *posset* (vel *possit*) Mf. Paulo post *creatoris* pro *conditoris* Mag, *conditoris* supra addito „vel *creatoris*“ Mf. Quod praecedit *sui* om. vet. ed. Tum *aversa contumaciter violavit* Mg. In seqq. *ut pro suo merito* Mcef et a r. m. Mb. Deleto verbo *penderet* Mf habet *lueret*, quod in Ma r. m. superscripsit. 16) Ita codd. omnes excepto Mf, in quo est *demonstraret*.

CAPUT XI.

Deiectis angelis desertoribus ceteros firma beatitudine donatos fuisse. Locum angelorum electorum adsignatum esse hominibus reparatis. Horum numerum certum esse apud deum.

9. Angelis igitur aliquibus impia [1]) superbia deseren-
207 A tibus deum et in huius aëris imam caligin|em de superna caelesti habitatione deiectis residuus numerus angelorum in aeterna cum deo beatitudine et sanctitate permansit. Neque enim ex uno angelo lapso atque damnato ceteri propagati sunt, ut eos, sicut homines, originale malum obnoxiae successionis [2]) vinculis obligaret atque universos traheret ad debitas paenas; sed eo qui diabolus factus est, cum sociis impietatis elato et ipsa cum eis elatione prostrato ceteri pia obedientia domino cohaeserunt, acci-
B pientes etiam, | quod illi non habuerunt, certam scientiam, qua essent de sua sempiterna et numquam casura stabilitate securi. Placuit itaque universitatis creatori [3]) atque moderatori deo, ut quoniam non tota multitudo angelorum deum deserendo perierat, ea quae perierat, in perpetua perditione remaneret: quae autem cum deo illa deserente perstiterat, de sua certissime cognita semper futura felicitate gauderet; alia vero creatura rationalis, quae in ho-

---

Cap. XI. 1) *ergo* pro *igitur* vet. liber typis exscriptus. Tum *inpia* Md. Idem liber infra *inpietatis*. Mox *et* *caelesti* Mb. Abest *caelesti*, quod glossam redolet, merito a Mf. In seqq. vet. ed. habet *cum domino*. 2) *obnoxiae irae successionis* exstat in vet. ed. Subinde *et ipsa* confirmant codd. mei omnes praeter Mf, in quo est *atque ipsa*, et vet. ed. Mox *pia* om. Mc idque supplevit inter vers. corr. m. in Mb. 3) *Placuit utique creatori universitatis* habet vet. ed., in seqq. *secura gauderet* Mg et pr. Ma, *secura* *gaud.* Mf.

C minibus erat, quoniam peccatis atque suppli|ciis et originalibus et propriis tota perierat[4]), ex eius parte reparata quod angelicae societati ruina illa diabolica minuerat suppleret. Hoc enim promissum est resurgentibus sanctis, quod erunt[5]) aequales angelis dei. Ita superna Hierusalem[6]) mater nostra, civitas dei, nulla civium suorum numerositate fraudabitur, aut uberiore etiam copia fortasse regnabit. Neque enim numerum aut sanctorum hominum[7]) aut inmundorum daemonum novimus, in quorum locum suc-
D cedentes filii sanctae matris, | quae sterilis adparebat in terris, in ea pace, de qua illi ceciderunt, sine ullo temporis termino permanebunt. Sed illorum civium numerus, sive qui est[8]), sive qui futurus est, in contemplatione est eius artificis, qui *vocat ea, quae non sunt, tamquam ea quae sunt*, atque in mensura et numero et pondere cuncta disponit.

---

4) *deperierat* Mf. Quod sequitur *ex* al. m. addidit in Mf. Male *separata* Mc. Recte deinde *suppleret* edd. Lov. et Arn., quibuscum concordant codd. Mf. et a s. m. Mb, pro *suppleretur*, quod exhibent ceteri libri scripti et editi. 5) Luc. 20, 36. 6) Ita Mach, *Jerusalem* ceteri codd. c. vulgatis libris. Mox *suorum*, quod in Ma deletum est, om. Mbcdefhi, dein *aut* tuentur mei codd. omnes. Pro *uberiore* corr. m. scripsit *uberiori* in cod. Mb. 7) *omnium* Mc. Quod subsequitur *aut* sec. m. addidit in Mbc. Tum *inmundorum* pro *immund.* codd. omnes, *spirituum* pro *daemonum* Mf. Post *sanctae matris* (*matris sanctae* dat Mf, *catholicae matris* vet. ed.) nullus ex meis libris habet *Ecclesiae*, quod exstat in edd. Maurinam antecedentibus, excepta tamen vetere illa Norimbergensi. Pro *apparebat* dedi *adparebat*. Cf. *Wagner.* de Orthogr. Vergil. p. 407, 5. 8) Desunt vocc. *sive qui est* in Mh. Tum *venturus* pro *futurus* dat Mf. Proxime *eius est artificis* legitur in Md. Post *tamquam* Mg om. *ea; ea quae* non habent Mabch, in quibus subsequitur *sint*, quod in Mh per ras. enatum est e *sunt*. In Graeco (Rom. 4, 17, ubi cf. *Sabatier*.) exstat τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα.

CAPUT XII.

Non meritis operum suorum, nec libero arbitrio reparari homines, sed gratia. Ipsam fidem et opera bona esse ex dei dono, a quo est etiam ipsa bona hominis voluntas.

Verum haec pars generis humani, cui liberationem deus regnumque promisit [1]) aeternum, numquid meritis operum suorum reparari potest? Absit. Quid enim boni
E opera|tur [2]) perditus, nisi quantum fuerit a perditione liberatus? Numquid libero voluntatis arbitrio? Et hoc absit; nam libero arbitrio male utens homo et se perdidit et ipsum [3]). Sicut enim [4]) qui se occidit, utique vivendo se occidit, sed se occidendo non vivit, nec se ipsum poterit resuscitare, cum occiderit: ita cum libero peccaretur arbitrio, victore peccato amissum est liberum arbitrium [5]): *A quo enim quis devictus est* [6]), *huic et servus addictus est.* Petri certe apostoli est ista [7]) sententia, quae cum
F ve|ra sit, qualis quaeso potest servi addicti esse libertas, nisi quando eum peccare delectat? Liberaliter enim servit

---

Cap. XII. 1) *promittit* Mf et vet. ed. 2) *boni operis operari potest* Mc. Ita pr. etiam Mb; sec. tamen man. voc. *operis* expunxit. *Boni operatur* recte Madeghi et vet. ed.; mutato autem verborum ordine *operatur boni* habet Mf. Tum *quando* pro *quantum* Mdei, *vel quantum quando* Mf. Statim *a perditione reparatus* Madefghi et pr. Mbc. 3) *et* male om. Mc; in Mb corr. m. in ras. addidit, *et se ipsum perdidit et ipsum* (i. e. liberum arbitrium) exhibet Mf. 4) *enim* om. vet. ed. Ante *vivendo* idem liber interponit *non nisi*. Particulam *et*, quae ante *liberum arbitrium* in ed. vet. et Maur. desideratur, praestant codd. omnes. Addidit corr. m. sine causa in Mb *ipsum*. 5) 2. Petr. 2, 19, ubi vid. *Sabatier*. 6) *devictus quis* Mc. Tum *huius servus addictus est* habet vet. ed. 7) *certa est ista* absque voce *apostoli* vet. ed., *ista est* Mg.

qui sui domini voluntatem libenter facit. Ac per hoc ad
peccandum liber est, qui peccati servus est. Unde ad
juste faciendum liber non erit, nisi a peccato liberatus
esse justitiae coeperit servus. Ipsa enim [8]) est vera
libertas propter recti facti laetitiam, simul et pia servitus
propter praecepti obedientiam. Sed ad bene faciendum
C ista libertas unde erit [9]) homini addicto et vendito, | nisi
308 A redimat cuius illa vox est: *Si vos filius libera|verit, tunc*
vere liberi eritis? [10]) Quod antequam fieri in homine
incipiat, quomodo quisquam de libero arbitrio in bono
gloriatur opere, qui nondum est liber ad operandum bene,
nisi [11]) se vana superbia inflatus extollat? quam cohibet
apostolus dicens [12]): *Gratia salvi facti estis per fidem.*
Et ne ipsam sibi saltem [13]) fidem sic arrogarent, ut non
intellegerent divinitus esse donatam, sicut idem apostolus
alio loco se dicit ut fidelis esset misericordiam consecu-
B tum [14]); hic quoque adiunxit atque ait: *Et hoc non* | *ex*

---

8) *enim* om. vet. ed. Dein *propter recti facti laetitiam* exhibent Macg (quorum hic mendose *laetitia*), ut edd. Amerb. Erasm. Danaean. Arnald. Maurin. et aliquot Benedictinorum codd. Alii plerique et ed. Lovan. *propter recte facti licentiam*, Mdefhi *propter recte faciendi laetitiam* (*faciendi licentiam* a m. emend. in rasura habet Mb), *propter recte faciendi licentiam* vet. ed. Maurinis legendum videbatur *propter recte facti libentiam*. Equidem scripsi *propter recte facti laetitiam*. 9) *unde ista libertas* (v. *erit* in mg. suppleto) Mc. 10) Ioann. 8, 36. Pro *liberaverit* vet. ed. habet *liberavit*. 11) *si* (eraso *ni*) Ma. Excidit *se* in Mh. 12) Ephes. 2, 8. *facti* om. Mgi et vet. ed. 13) *saltim* Macfgh et pr. Mb. Vid. *Wagner*. de Orthogr. Vergil. *p*. 470. Deinde *intellegerent* Mabc. Paulo post *se dicit* codd. omnes et vet. ed. Vulg. *dicit se*. 14) 1. Cor. 7, 25. Tum *adiunxit* Ma. Hanc scripturam attigi ad Ambros. de Offic. I. 35. §. 178, 3. Cf. ap. Nostrum ad cap. XXIII. not. 21. De apostoli loco vid. Ephes. 2, 8—9. Ceterum in vet. ed. legitur *non*

vobis, sed dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Et ne putarentur fidelibus bona opera defutura [15]), rursus adiecit [16]): *Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae praeparavit deus, ut in illis ambulemus.* Tunc ergo efficimur vere liberi [17]), cum deus nos fingit, id est, format et creat, non ut homines, quod iam fecit, sed ut boni homines simus, quod nunc gratia sua facit: ut simus in Christo nova creatura, secundum quod dictum est [18]):
C *Cor mundum crea | in me Deus.* Neque enim cor eius, quantum pertinet ad naturam [19]) cordis humani, non iam creaverat Deus. Item ne quisquam, et si non de operibus, de ipso glorietur libero voluntatis arbitrio [20]), tamquam ab ipso incipiat meritum, cui tamquam debitum reddatur praemium, bene operandi ipsa libertas; audiat eundem gratiae praeconem dicentem [21]): *Deus est* [22]) *enim, qui operatur in vobis et velle et operari pro bona voluntate.* Et alio loco [23]): *Igitur non volentis,*
D *neque currentis, sed miserentis est dei.* | Cum procul

---

est ex vobis, sed donum dei est. 15) *bona defutura opera* Mag. Dein *rursum* vet. ed. 16) Ephes. 2, 10. 17) *vere efficimur liberi* vet. ed. In seqq. voc. *homines* altero loco tuentur libri mei omnes et vet. ed. Verba seqq.: *quod nunc gratia sua facit, ut simus,* om. Mc, Mb autem a corr. m. in mg. habet. Nomen *Jesu* post *Christo* omisi praeeuntibus libris Mss. meis omnibus et vet. ed. 18) Gal. 6, 15. Psalm. 50, 12. Desunt voce. *in me deus* in Mg. 19) *ad naturam pertinet* Mg. Quae post *creaverat deus* addunt Levanienses: *sed renovationem animae demorantis in corde prophete postulat,* etiam mei codd. et vet. liber typis excusus omittunt. 20) Ita codd. mei omnes et vet. ed., *libero arbitrio voluntatis* editi rell. Paulo post *gratiae* deest in vet ed. 21) Philipp. 2, 13. 22) *est* om. Madg, *enim est* habet vet. ed. Post *velle* excidit *et* in Md. Ad *operari* vet. ed. addit *et perficere.* 23) Rom. 9, 16.

dubio, si homo eius aetatis est, ut ratione iam utatur,
non possit credere, sperare, diligere, nisi velit, nec
pervenire ad palmam supernae vocationis dei [24]), nisi
voluntate cucurrerit. Quomodo ergo *non volentis, neque
currentis, sed miserentis est dei* [25]), nisi quia et ipsa
voluntas, sicut scriptum est, *a domino praeparatur*?
Alioquin si propterea dictum est: *Non volentis, neque
currentis, sed miserentis est dei*, quia ex utroque fit,
id est, et [26]) voluntate hominis et misericordia dei, ut sic
E di|ctum accipiamus: *Non volentis, neque currentis, sed
miserentis est dei*, tamquam diceretur: Non sufficit sola
voluntas hominis, si non sit etiam misericordia dei. Non
ergo sufficit et [27]) sola misericordia dei, si non sit etiam
voluntas hominis; ac per hoc si recte dictum est: *Non
volentis hominis, sed miserentis est dei*, quia id voluntas
hominis sola non inplet; cur non et e contrario recte
dicitur: Non miserentis est [28]) dei, sed volentis est ho-
F minis, quia id misericordia dei sola non inplet? | Porro
si nullus dicere Christianus [29]) audebit: Non miserentis
est [30]) dei, sed volentis est hominis, ne apostolo aper-
tissime contradicat, restat ut propterea recte dictum in-

---

24) Philipp. 3, 14. 25) Vocc. *sed miserentis est dei* om. Mabcefgi et vet. ed.; sequentia: *nisi quia — — — miserentis est dei* desunt in Md. Tum *a deo* habet Mg. Respiciunt haec ad Prov. 8, 35. sec. LXX. 26) *ex* pro *et* Mf. 27) *et* om. vet. ed. Proxime *si sic recte dictum est* exhibent codd. Mdefi. Statim vet. ed.: *Non volentis* (absque *hominis*), *neque currentis, sed miserentis est dei*. Pro *implet* ibidem utroque loco legitur *supplet*. Mox *dicatur*. 28) *est* om. Mbcefhi itemque vet. ed. 29) *nullus Christianus dicere* Mbc. 30) Omittitur *est* rursum in Mbcdehi et vet. ed., superscriptum tamen legitur in Mf. Deinde perperam vet. ed. *ne apostolus aperte contradicat*. Mox *intellegatur* pro vulgata forma

tellegatur: *Non volentis, neque currentis, sed miserentis
est dei,* ut totum detur deo [31]) qui hominis voluntatem
bonam et praeparat adiuvandam et adiuvat praeparatam.
Praecedit enim bona [32]) voluntas hominis multa Dei dona,
sed non omnia: quae autem non praecedit ipsa, in eis
G est et ipsa. Nam utrumque legitur | in sanctis eloquiis,
209 A et *misericordia eius praeveniet me* [33]) | *et misericordia
eius subsequetur me* [34]). Nolentem praevenit, ut velit;
volentem subsequitur, ne frustra velit. Cur enim admonemur [35]) orare pro inimicis nostris, utique nolentibus
pie vivere, nisi ut deus in illis operetur et velle? Itemque cur admonemur [36]) petere ut accipiamus, nisi ut ab
illo fiat quod volumus, a quo factum est ut velimus?
Oramus ergo pro inimicis nostris, ut misericordia dei [37])
praeveniat eos, sicut praevenit et nos; oramus autem
B pro nobis, ut misericordia eius subsequatur | nos.

---

intelligatur dant Mabcd. 31) Ita codd. et vet. ed., *deo detur* edd. rell. Statim *quod* pro *qui* vet. ed. 32) *bona* abest a Mdei, *multa* ab vet. ed. Pro *dona* eadem exhibet *bona*. Mox *in eis est et ipsa iuvat*. 33) Vet. ed. *praeveniat*. Vid. Psalm. 58, 11. 34) *subsequitur* habet Mi, *subsequatur* Mc una cum vet. editione. Vid. Psalm. 22, 6, ubi conf. *Sabatier*. 35) Fluctuant codd. inter *admonemur*, *ammonemur*, *monemur*, *ammonetur* et *iubemur*. In vet. ed. est *monemur*. Subinde *operetur in illis* scribit Mg, *in eis operetur* dant Mbcdefhi itemque vet. ed., *in illis* om. Mi. 36) *ammonemur* Mbcehi conspirante vet. editione. 37) *eius* pro *dei* habent Mbcdehi et vet. ed. Mox *et* om. Mhi.

CAPUT XIII.

Omnes homines nasci filios irae, et idcirco omnes indiguisse reconciliatore Christo Iesu. Quid sit ira dei. Quid credendum sit de incarnatione verbi dei ex Maria virgine. Christum esse una simul et deum et hominem.

10. Tenebatur itaque justa damnatione genus humanum, et omnes [1]) erant irae filii. De qua ira [2]) scriptum est [3]): *Quoniam omnes dies nostri defecerunt, et in ira tua defecimus: anni nostri sicut aranea meditabuntur.* De qua ira [4]) dicit etiam Iob [5]): *Homo enim natus ex muliere* [6])*, brevis vitae et plenus irae.* De qua ira dicit et dominus Iesus [7]): *Qui credit in filium* [8]) *habet vitam aeternam; qui autem non credit in filium, non habet vitam* [9])*, sed ira dei manet super eum:* non ait [10]),
c veniet, sed *manet.* | Cum hac quippe omnis homo nascitur. Propter quod dicit apostolus [11]): *Fuimus enim* [12]) *et nos natura filii irae, sicut et ceteri.* In hac ira cum essent homines per originale peccatum, tanto [13]) gravius et perniciosius, quanto majora vel plura insuper addide-

---

Cap. XIII. 1) *genus humanum iusta damnatione* exhibet vet. ed., *omnes* om. Md. 2) Abest *ira* in Mdei. 3) Psalm. 89, 9. 4) *ira* *dei* superscr. (*dei* a corr. m. superscripto) Mb. 5) Iob. 14, 1. 6) *enim* et praepositionem ante *muliere* om. vet. ed., *de muliere* scribit Mi. Tum *et* om. Mg. 7) Ioann. 3, 36. 8) *in filio* utroque loco Mi et a s. m. Mb, altero Macdeg. 9) *non habebit* (ita scribit etiam Mh) *vitam aeternam* Mag, *aeternam* sine causa additur etiam in Mefi et in vet. ed. 10) *non enim ait* Md, *non dixit* Mh. Dein *veniet super eum* Mei, *et* pro *sed* Mc. Post *manet* deletum est *super eum,* quod habet Mg, in Ma. 11) *Propter quae* Mi. Ceterum vid. Ephes. 2, 3. 12) *fuimus et nos enim* Mei, abest *enim* a Mf et vet. ed. 13) *tantum* Mi et *quantum* Mbcgh. Non male. Vid.

rant, necessarius erat mediator, hoc est reconciliator, qui hanc iram sacrificii singularis, cuius erant umbrae omnia sacrificia legis et prophetarum, oblatione placaret.
D Unde | dicit apostolus [14]): *Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filii ejus, multo magis reconciliati nunc in sanguine eius* [15]) *salvi erimus ab ira per ipsum.* Cum autem [16]) Deus irasci dicitur, non eius significatur perturbatio, qualis est in animo irascentis hominis; sed ex humanis motibus translato vocabulo vindicta eius, quae nonnisi iusta est, irae nomen accepit. Quod ergo per mediatorem reconciliamur deo et accipimus spiritum sanctum, ut [17]) ex inimicis efficia-
E mur filii [18]): *Quotquot enim spi|ritu dei aguntur, hi filii sunt dei* [19]): haec est gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. De quo mediatore longum est, ut quanta dignum est, tanta dicantur, quamvis ab homine [20]) dici digne non possint. Quis enim hoc solum congruentibus [21]) explicet verbis, quod *verbum caro factum est,*

Ramshorn. Grammat. Lat. §. 154. B. b. in f. et quae adnotavi ad Ambros. de Offic. III. 3. §. 19, 12 et §. 23, 5. Tum *usque* (pro *insuper*) *addiderunt* vet. ed., *addiderunt* item codd. omnes, *addiderant* edd. rell. Mox vocc. *hoc est reconciliator* om. Mh. 14) Rom. 5, 10. 15) *reconciliati in sanguine ipsius* absque *nunc* exhibet vet. ed. Vid. Rom. 5, 9. 16) *ergo* pro *autem* Mdei. Tum *eius perturbatio significatur* vet. ed. Deinde idem liber *s.* (id est *scilicet*, pro *sed*) *ex humanis moribus.* Reperitur *moribus* etiam in cod. Mh, *motibus* a m pr. habet Mb. Statim *non nisi iniusta* (!) legitur in vet. ed. 17) *ideo est, ut* Mei. 18) Deest *filii* in vet. ed. De seq. apostoli loco vid. Rom. 8, 14. 19) *dei sunt* Mcghi. Tum *hoc est gratia* vet. ed., *haec enim gratia* sine *dei* Mi. 20) *quamvis homini* Mc. Tum *digna* Mbch, ceteri *digne*, *digna dici* vet. ed. Dein *possunt* Mh concinente vet. editione. 21) *ingruentibus* Md.

et habitavit in nobis [22]) ut crederemus in dei patris omnipotentis unicum filium, natum de spiritu sancto et Maria virgine? Ita quippe verbum caro factum est, a
F divinitate carne suscepta, non in carnem [23]) | divinitate mutata. Carnem porro [24]) hic hominem debemus accipere, a parte totum significante locutione, sicut dictum est [25]): *Quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro*, id est omnis homo. Nam nihil naturae humanae in illa susceptione fas est dicere defuisse; sed naturae [26]) ab omni peccati nexu omnimodo liberae: non qualis de utroque sexu nascitur per concupiscentiam carnis cum obligatione delicti, cuius reatus regeneratione diluitur; sed qualem de virgine nasci oportebat, quem
210 A | fides matris, non libido conceperat: quo si vel nascente [27]) corrumperetur eius integritas, non iam ille de virgine nasceretur; eumque falso, quod absit, natum de virgine Maria tota confiteretur Ecclesia, quae imitans ejus matrem cotidie [28]) parit membra eius et virgo est. Lege, si-

---

Tum *explicat* vet. ed. Statim *quia* pro *quod* Mi. 22) Ioann. 1, 14. *Patris* om. vet. ed. Mox *virgine Maria* septem habent codd. et vet. ed. 23) *in carne* Mag c. vet. editione. 24) Mb om. *porro*, cuius loco in Mag. legitur *quippe*. 25) Rom. 3, 20. 26) Addunt *humanae*, quod glossam redolet, Madefi. In Mf superscriptum est *naturam humanam — liberam*. Pro *omni modo* ex septem codd. et vet. ed. dedi *omnimodo*. Mox *per carnis concupiscentiam* exhibet Mg proximeque cum Ma *per regenerationem*, item inter versus Mf. Subinde *nasci de virgine* vet. ed. Porro *quem*, quod praestant Mbcdefghi et vet. ed. in Ma perperam mutatum est in *quam*. 27) Ita ed. Maur., quacum faciunt codd. Magh et a s. m. Mb. Ante legebatur *quod si vel per nascentem* conspirantibus libris Mdefi et vet. editione, abest tamen *si* in Mf. *Quo* (omissis voculis *si vel*) *nascente* scribit Mc, *nascente illo* Mh. Ceterum veram lectionem inter lin. habet Mf. 28) *cotidie* in ras. Maef, *cottidie* (alt. *t* a s. m.

placet, de virginitate sanctae Mariae [29]) meas litteras ad inlustrem virum, quem cum honore ac dilectione nomino, Volusianum. Proinde Christus Iesus [30]) dei filius est et
B deus et homo; deus ante omnia saecula, | homo in nostro saeculo; deus, quia dei verbum (*deus enim erat verbum*); homo autem, quia in unitatem personae accessit verbo anima rationalis et caro. Quocirca in [31]) quantum deus est, ipse et pater unum sunt; in quantum autem homo est, pater maior est illo. Cum enim esset unicus dei filius [32]), non gratia, sed natura, ut esset etiam plenus gratia, factus est et hominis filius, idemque ipse utrumque ex utroque unus Christus. Quia *eum in forma* [33])
C *dei esset, non rapinam arbitratus est,* quod | natura erat, id est, *esse aequalis deo. Exinanivit autem se,*

---

superscripto) Mb, *cottidie* Mcdghi, *quotidie* vulg. 29) *sanctae Mariae* om. vet. ed., tum *inlustrem* exhibent Mabcgh, *illustrem* ceteri cum editis. Dein *cum in honore* (sic) Mi. 30) *ihs xps* Mf. Tum *filius dei* Mh, *et* ante *deus* om. Mf. In seqq. post *deus* vet. ed. om. *quia.* Mox *verbum erat* scribit Mg. Vid. Ioann. 1, 1. Proxime *in unitate* Madefghi et vet. ed. Ad v. *personae* Mh addit *xpi.* Dein Mdefi exhibent *accepit verbum animam rationalem et carnem.* Vera lectio in Mf comparet inter lineas. 31) *in* om. Mc. Verba: *ipse et pater unum sunt,* respiciunt ad Ioann. 10, 30 et proxima: *pater maior est illo* item ad Ioann. 14, 28. 32) *unicus esset* Mf, *filius dei* Mi. Mox *plenus etiam* Mag, *et* ante *hominis filius* om. Mi. Tum *idem ipse* scribunt Mfhi conspirante vet. editione, *id est ipse* Mbcdeg. Inverso ordine *ex utroque utrumque* habet Mg. 33) *Qua in forma* Mc, *quia cum* a m. em. in ras. Mb. Post *arbitratus est* Mf addit *esse.* Statim *naturae* est in Mh. Dein *esse aequalis* primo exhibebat Mb, sec. autem m. scripsit *esse* *se* *aequalem; aequalis esse* *lem* dat Mf, *esse aequalem* Mi, *esse se aequalis* (*lem* ab al. m. supra correcto) Mh. De hoc apostoli loco (Philipp. 2, 6) cf. *Sabatier.*

accipiens formam servi[34]), non amittens vel minuens formam dei. Ac per hoc et minor est factus[35]) et mansit aequalis, utrumque unus, sicut dictum est; sed aliud propter verbum, aliud propter hominem; propter verbum aequalis patri, propter hominem minor. Unus dei filius[36]) idemque hominis filius; unus hominis filius idemque dei filius: non duo filii dei deus et homo, sed unus dei D filius: deus sine initio, homo a certo initio, do|minus noster Iesus Christus.

CAPUT XIV.

Gratiam gratias dari evidenter ostendi in homine Christo nullis meritis unam facto personam cum deo filio. Nativitatem Christi eo quoque, quod est de spiritu sancto, gratiam demonstrare.

11. Hic [1]) omnino granditer et evidenter dei gratia commendatur. Quid enim natura humana in homine Christo meruit, ut in unitatem [2]) personae unici filii dei singulariter esset adsumpta? Quae bona voluntas, cuius boni propositi studium, quae [3]) bona opera praecesserunt, quibus mereretur iste homo una fieri persona cum deo? Numquid antea [4]) fuit homo, et hoc ei singulare beneficium

---

34) *formam dei* (superscr. ab r. m. *servi*) habet *accipiens* Mi. Vid. Philipp. 2, 7. Tum *nec minuens* Mh. 35) *factus est* Mh. In seqq. *patri* om. Mbcdehi et vet. ed. 36) Statim Mi addit v. *deus sine initio* etc.

Cap. XIV. 1) *Hinc* vet. ed., *sic* Mgi. Vocc. *dei gratia* post *omnino* ponuntur in vet. libro typis excuso. Tum *accommodatur* Mc. 2) *in unitate* Mabfg et vet. ed. Mox *adsumpta* Ma, *assumpta* codd. rell. c. vet. ed., *assumta* vulg., *esset* postponit vet. ed. 3) *quod* vet. ed. Mox *iste homo mereretur* Mg. Tum *ut una fieret persona* Mag. Excidit v. *persona* in Mi. 4) *antea* enatum ex *ante* in Ma. Idem liber habet *singulari* (ita a m. pr.) *beneficio* (a sec.

praestitum est, cum singulariter promereretur deum? E | Nempe ex quo esse homo [5]) coepit, non aliud coepit esse, quam dei filius: et hoc unicus et propter deum verbum, quod illo suscepto caro factum est, utique deus, ut quemadmodum est una persona quilibet homo, anima scilicet rationalis et caro, ita sit Christus una persona, verbum et homo. Unde naturae humanae tanta gloria, nullis praecedentibus meritis sine dubitatione gratuita, nisi quia [6]) magna hic et sola dei gratia fideliter et sobrie F considerantibus eviden|ter ostenditur, ut intellegant homines per eandem gratiam se iustificari a peccatis, per quam factum est, ut homo Christus nullum habere posset peccatum? Sic et eius matrem angelus salutavit, quando ei futurum adnuntiavit [7]) hunc partum: *Ave* [8]), inquit [9]), *gratia plena*. Et paulo post: *Invenisti*, ait [10]), *gratiam apud deum*. Et haec quidem gratia plena, et [11]) invenisse apud deum gratiam dicitur, ut domini sui, immo

---

m., a prima *beneficium*). Pro *cum* in Mag legitur *ut*, quod in Mb a sec. m., in Mf per ras. illatum est. 5) *homo esse* Mabdegi et vet. ed. Post *non aliud coepit esse* voc. *homo* abest a codd. Mbcdehi et pluribus Maurinorum itemque ab vet.*ed. Amerb. Erasm. Dan. Idcirco omisi. Mf exhibet *esse coepit homo*. Ad v. *dei filius* in Mb sec. m. ad mg. addidit *idemque hominis filius*. Mox *propter verbum deum* legitur in Mag. *Verbum* a r. m. in mg. habet Mh. Deinde *est* om. Mi, item in seqq. adiectivum *rationalis* Md. 6) *quia nisi* vet. ed. Infra *intellegant* Mabc, *intelligant* vulg., *intelligatur* Mg. Paulo post codd. Mdeh et vet. ed. *posset habere*, Mb a m. pr. *possit*, a sec. *posset habere*, Mci *possit habere*. Excidit *peccatum* in vet. ed. 7) *adnuntiavit* recte Mag, *annuntiavit* ed. Maur., *nuntiavit* codd. rell. c. vet. ed. 8) *Have* Ma, *ave* in ras. a m. emend. Mb. 9) Luc. 1, 28. 10) H. v. om. Mf. Dein *apud dominum* exhibent idem liber et vet. ed. Vid. Luc. 1, 30. 11) *et*, quod om. Mci, a corr. m. habet Mb. Tum *gratiam apud deum* exstat in

omnium domini mater esset. De ipso [12]) autem Christo
211 A Ioannes | evangelista cum dixisset: *Et* [13]) *verbum caro factum est et habitavit in nobis; et vidimus*, inquit [14]), *gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiae et veritatis.* Quod [15]) ait: *Verbum caro factum est:* hoc est [16]), *plenum gratiae.* Quod autem ait, *gloriam unigeniti a patre:* hoc est, *plenum veritatis* [17]). Veritas quippe ipsa, unigenitus [18]) Dei filius non gratia, sed natura, gratia suscepit hominem tanta unitate personae, ut idem ipse esset etiam hominis filius. Idem namque
B Iesus Christus filius dei unigenitus, | id est [19]), unicus, dominus noster, natus est de spiritu sancto et virgine Maria. Et utique spiritus sanctus dei donum [20]) est, quod quidem et ipsum est aequale donanti: et ideo deus est

---

Mafg, *apud dominum dicitur gratiam* in vet. ed. Quod sequitur *ut* corr. m. adiecit in Mb, Mc autem omittit. Inverso deinde ordine Mbcfhi scribunt congruente vetere editione *domini omnium*, quod ex corr. habet Md. Tum *mater est* mendose legitur in Mc. 12) *De quo* Mdei. Proxime *cum diceret* Mag. Vid. Ioann. 1, 14. 13) *Et* om. Mbc et vet. ed., superscriptum a r. m. habet Mh. 14) *inquit* abest a Mg, additum e corr. est in Mf. Ante *quasi* ed. Maur. voc. *gloriam* male omittit. Dein *hoc plenum est veritate* habet vet. ed., *plenum gratiae et veritate* Mg, *pl. gratia et veritate* Mh. Cf. *Sabatier*. ad hunc evangelistae locum. 15) *Quod autem* Mag et e corr. Mf. Haec et seqq. desunt usque ad *veritas quippe* in vet. ed. 16) *est* om. Mh. 17) *hoc plenum est* Macgh et a m. pr. Mb, ceteri recte *hoc est plenum*. Tum *veritate* Mg. 18) *ipse* pro *ipsa* vet. ed. Dein *unitus* Mc. Fort. *unicus;* nam litterae *c* et *t* in codd. passim permutantur. Ceterum vid. Nostrum in seqq., cap. XV et *Sabatier*. l. c. Mox *ut idem etiam ipse esset* alio ordine habet vet. ed. 19) Ante *dei* vet. ed. om. *filius*. Tum *idem* exhibent Mdgi et vet. ed. Post *natus* Mgh om. *est*, quod in Mb corr. m. supra addidit. Dein *Maria virgine* habent Mag. 20) *donum dei* Mg. Tum *et ipse est* vet. ed.

etiam spiritus sanctus, patre filioque non minor. Et hoc [21]) ergo quod de spiritu sancto est secundum hominem nativitas Christi, quid aliud, quam ipsa gratia demonstratur? Cum enim virgo quaesisset [22]) ab angelo, quomodo fieret quod ei nuntiabat, quando quidem illa virum non cog-
C nosceret, re|spondit angelus [23]): *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi; ideoque et* [24]) *quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei.* Et Ioseph, cum vellet eam dimittere, suspicatus eam adulteram, quam sciebat non esse de se gravidam, tale responsum ab angelo accepit [25]): *Noli timere* [26]) *accipere Mariam coniugem tuam; quod enim in ea natum est de spiritu sancto est*: id est, quod tu [27]) esse de alio viro suspicaris de spiritu sancto est.

CAPUT XV.

Christum de spiritu sancto non ut de patre natum esse, sed de Maria natum esse ut de matre. Quod modus, quo natus est Christus de spiritu sancto, insinuet gratiam unionis hypostaticae.

D 12. Numquid tamen ideo dicturi sumus [1]) pa|trem

---

21) *Et hoc* pro *ex hoc* praestant codd. omnes et vet. ed. Mox v. *est* desideratur in Mi. 22) Pro *enim*, quod deest in Mh, Mfi dant *ergo*. Tum *quaesisset* (in vulgaribus editis exstat *quaesivisset*) praebuerunt codd. omnes et vet. ed.; *quaesisset virgo* exhibet Mh. Ante *fieret* omisi *id* praeeuntibus septem libris mss. et vet. ed., *fieret id* legitur in Mh. Mox *cognovisset* scribunt Mag. 23) Luc. 1, 35. 24) *et* om. Mdei. Tum *nascitur* dant Mab, *ex te* om. Mcdh, in Mb vero corr. m. inter vers. addidit. 25) *recepit* vet. ed., *suscepit* Mg. 26) Matth. 1, 20. Statim *Mariam accipere* habet Mg. 27) Deest *tu* in Mh, Mi addit *ipse*. Vet. ed. om. *esse*. Subinde in Mabcg et vet. ed. legitur *de viro alio*, in Mf *de viro altero* (sic), in Mde *suspicaris de alio viro*, in Mi inepte *conspicaris de alio viro*. Vocc. *de spiritu sancto est* male om. Mg.

Cap. XV. 1) *ideo* ^hic^ *dicturi sumus* ab ead. m. Maf.

hominis Christi esse spiritum sanctum, ut deus pater verbum genuerit, spiritus sanctus hominem [2]), ex qua utraque substantia Christus unus esset, et dei patris filius secundum verbum et spiritus sancti filius secundum hominem: quod [3]) eum spiritus sanctus tamquam pater eius de matre virgine genuisset? Quis hoc dicere audebit? Nec opus est ostendere disputando quanta alia sequantur absurda, cum hoc [4]) ipsum iam ita sit absurdum, ut nullae fideles aures id
E valeant sustine|re. Proinde sicut confitemur, dominus noster [5]) Iesus Christus, qui de deo deus, homo autem natus est de spiritu sancto et virgine Maria, utraque substantia, divina scilicet atque [6]) humana, filius est unicus dei patris omnipotentis, de quo procedit spiritus sanctus. Quomodo ergo [7]) dicimus Christum natum de spiritu sancto, si non eum genuit spiritus sanctus? An quia fecit eum? Quoniam [8]) dominus noster Iesus Christus in quantum deus est, *omnia per ipsum facta sunt* [9]);
F in quan|tum autem homo est, et ipse factus est, sicut apostolus dicit [10]): *Factus est* [11]) *ex semine David secundum carnem.* Sed cum illam creaturam, quam virgo concepit et peperit, quamvis ad solam personam filii pertinentem, tota trinitas fecerit, neque enim separabilia

---

2) *hominem genuisset* Mb. Mox *unus est* vet. ed.; post *secundum verbum* Mi addit *secundum gratiam,* et post *spiritus sancti* vet. ed. om. *filius*. 3) *quod quasi* Magh, in Mf *quasi* superscriptum est. 4) Deest *hoc* in Mi. Proxime Mb *iam* a r. m. inter vers. habet. In vet. ed. legitur *hoc ipsum hoc iam sit ita absurdum* et *fidelium aures*. 5) *noster* om. Mg itemque *est* post *natus*. Aberat *est* pr. etiam a Mb. 6) *et* pro *atque* exhibent Mdei. 7) *Quomodo autem* Mi, *dicamus* vet. ed. 8) *Quia* Madegi. 9) Ioann. 1, 3. Statim *in quantum enim* vet. ed. 10) Rom. 1, 3. 11) Infertur *ei* in Mdefi et vet. ed.

sunt opera trinitatis, cur in ea facienda solus spiritus sanctus nominatus est [12])? An et quando unus trium in aliquo opere nominatur, universa [13]) operari trinitas in-
C tellegi|tur? Ita vero est, et exemplis doceri potest. Sed non est in hoc diutius inmorandum [14]). Illud enim [15]) movet quomodo dictum sit, natus de spiritu sancto, cum filius nullo modo sit spiritus sancti. Neque enim [16]) quia mundum istum fecit deus, dici eum fas est dei filium,
212 A aut eum natum de | deo; sed factum, vel creatum, vel conditum, vel institutum ab illo, vel si quid huiusmodi recte possumus dicere. Hic ergo cum confiteamur [17]) natum de spiritu sancto et virgine Maria, quomodo non sit filius spiritus sancti, et sit filius virginis Mariae, cum et de illo et de illa sit natus, explicare difficile est. Procul dubio quippe [18]) non sic de illo ut de patre, sic autem de illa ut de matre natus est.

Non igitur [19]) concedendum est, quidquid de aliqua
B re nascitur, continuo ejus|dem rei filium nuncupandum.

---

12) *spiritus solus nominatus est* vet. ed. 13) *universa* om. Md.. Tum *trinitas operari* scribit Mf, *opera trinitatis* perperam habent Mch et a m. pr. Mb. *Intellegitur* pro *intelligitur* recepi ex Mabc. 14) *inmorandum* (vulg. *immorandum*) Mabcdgi. 15) *vero* pro *enim* Mei. Tum *movit* Md. 16) *enim* om. Mei, *quia* deest in Mh. Mox *natum eum* habent Mde, *eum* om. Mi. In seqq. hic verborum ordo: *possumus huiusmodi recte dicere*, est in Mg. 17) *confitemur* Mdefi. Tum *Maria virgine* Mafg. Subinde *sancti spiritus* vet. ed., tum *virginis* abest ab eadem ed. et a cod. Mg, supra autem additum legitur in Mf. Dein *cum quippe* scribit Mi. 18) *quippe* h. l. om. Mi. 19) *Non ergo* vet. ed. Tum codd. male *quicquid* (ita etiam vet. ed.) vel *quicquit*. Voc. *re* excidit in Mh. Ante *continuo* idem liber infercit *ut*. Vocem *continuo* cum *nascitur* coniungens Mg exhibet *eiusdemque*. Dein *esse* *nuncupandum* dat Mf.

Ut enim omittam [20]) aliter de homine nasci filium, aliter
capillum, peduculum, lumbricum, quorum nihil est filius:
ut ergo haec omittam, quoniam tantae rei deformiter
conparantur, certe qui nascuntur ex aqua et spiritu
sancto, non aquae filios eos rite dixerit quispiam; sed
plane dicuntur filii dei patris et matris Ecclesiae. Sic
ergo de spiritu sancto natus est filius dei patris [21]), non
spiritus sancti. Nam et [22]) illud quod de capillo et de
c ceteris diximus, ad | hoc tantum valet, ut admoneamur,
non omne quod de aliquo nascitur, etiam filium ejus, de
quo nascitur, posse dici. Sicut non omnes, qui dicuntur
alicuius filii, consequens est, ut de illo etiam [23]) nati esse
dicantur, sicut sunt qui adoptantur. Dicuntur etiam filii
gehennae [24]) non ex illa nati, sed in illam praeparati,
sicut filii regni, qui praeparantur in regnum. Cum itaque

---

20) *omittam alia, aliter* Mag, *om. omnia, aliter* Mf. Statim *aliter nasci capillum* Mei, *aliter peduculum* Mf et a corr. m. Mb; *peduculum*, quod pro vulgato *pediculum* recepi, item exhibent ceteri codices praeter Mi, in quo mendose est *petuculum*, et antiquiores Maurinorum libri. De hoc vocabulo vid. *Forcellin.* tot. Latinitat. Lexic. Tom. III. p. 325. Tum *vermiculum* Mc. Ita et Mb, superscripto a corr. m. *al. lumbricum*. Paulo post *conparantur* Magh, vulg. *comparantur*. In seqq. *sancto* om. codd. Mbc et vet. ed., tum *eos filios* habet Mg. In clausula vet. ed. *plane dicuntur filii dei patris nō. s. sācti* (i. e. *non spiritus sancti*) *sed matris ecclesiae.* 21) *natus est de spiritu sancto, natus est filius dei patris* legitur in Mg, *dei filius patris* in Mf, *natus de spiritu sancto filius dei patris* in vet. ed. 22) *et* om. Mh et vet. ed., *quod* ante *diximus* insertum in Mf. Alterum *de* abest a vet. ed. 23) *etiam de illo* Mag et vet. ed. 24) Deest *gehennae* in Mi. Ante *filii regni* corr. m. in Mb superscripsit *sunt.* Pronomen relativum *qui* om. codd. Macdefghi et vet. ed. una cum quattuor libris Vaticanis et antiquioribus Gallicanis.

de aliquo nascatur aliquid, etiam non eo modo, ut sit filius [25]), nec rursus omnis qui dicitur filius, de illo sit
D natus, | cuius dicitur filius, profecto modus iste, quo natus est Christus de spiritu sancto non sicut filius, et de Maria virgine sicut filius, insinuat nobis gratiam [26]) dei, qua homo nullis praecedentibus meritis in ipso exordio naturae suae, quo esse coepit, verbo deo [27]) copularetur in tantam personae unitatem, ut idem ipse esset filius dei, qui filius hominis, et filius hominis, qui filius dei; ac sic in naturae humanae susceptione fieret quodammodo ipsa gratia illi homini naturalis, quae nullum peccatum posset
E admittere. Quae gratia | propterea [28]) per spiritum sanctum fuerat significanda, quia ipse proprie sic est deus, ut dicatur etiam dei donum. Unde sufficienter loqui [29]) (si tamen id fieri potest) valde prolixae disputationis est.

---

25) *filius sit* Mg. Dein *rursum* vet. ed. 26) Additur *esse* in Mh. 27) *verbo* [um] *deo* Mg, *verbo dei* Mi ut libri ante Maur. editi, *verbo dei* [vel deo] Mf. Proxime *in tanta personae unitate* Mdei, *in t. unitatem personae* Mf. Post *esset* Mdefi addunt *et*. Verba *qui filius hominis* et cet. usque ad *ac* absunt a Mi. Statim praepositionem *in* om. Mf. Deinde iunctim scripsi *quodammodo* cum Mdefgh. Ita habet a s. m. etiam Mb. Congruit vet. ed. Cf. ad cap. seq. not. 13. Mox *qui* [vel quae] Mf, ceteri omnes *quae*. Tum *possit* Mc et pr. Mb c. vet. ed., *possit* item Mf superscripto „*vel posset*“. Pro *admittere* Mag exhibent *committere*. 28) *propterea* excidit in Md, *per* in Mh. Tum *fuerit significanda et ipse* habet vet. ed. Mox *deus est*, subinde *donum dei* Mf. De re vid. Ioann. 4, 10. Act. 8, 20. 29) Addunt Mgh *perlongum est* et ita primo legebatur in Ma. Tum Mg scribit *sed tamen id* [quod] *fieri potest*. Pro *id* vet. ed. exhibet *illud*.

CAPUT XVI.

Christum sine peccato conceptum esse, nullumque commisisse peccatum. Quomodo factus sit ipse peccatum pro nobis? Quae sit sacri baptismatis virtus? In primo Adae peccato plures fuisse peccatorum species. An ipsorum etiam parentum, de quibus nascuntur, peccata filios reatu obligent?

13. Nulla igitur voluptate [1]) carnalis concupiscentiae seminatus sive conceptus, et ideo nullum peccatum originaliter trahens, dei quoque gratia verbo patris unigenito, non gratia filio,
F | sed natura, in unitate [2]) personae modo mirabili et ineffabili adiunctus atque concretus et ideo nullum peccatum et ipse committens, tamen propter similitudinem carnis peccati, in qua venerat, dictus est et [3]) ipse peccatum, sacrificandus ad diluenda peccata. In veteri [4]) quippe lege peccata vocabantur sacrificia pro peccatis: quod vere iste factus est, cuius umbrae erant illa. Hinc [5]) apostolus cum dixisset [6]): *Obsecramus pro*
G *Christo reconciliari* [7]) *deo,* con|tinuo subiunxit atque ait [8]): *Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit* [9]), *ut nos simus iustitia dei in ipso.* Non ait, ut

Cap. XVI. 1) *Nulla ergo* vet. ed., tum *voluntate* permutatione frequente Mdefhi et vet. ed. 2) *in unitatem* Mbcdefi. Mox *concreatus* Mb, *concreatus* (superscr. *vel concretus*) Mf. 3) *et* om. Mi. 4) Ita Mcdefi, antiqua ed. et a corr. m. Mbh, *vetere* ceteri duo cum editis. Vid. *Osee* 4, 8. In seqq. *erant umbrae illa* Ma, *erant umbra illa* Mg, *ille* (superscr. a) (e corr. sec. m.) Mb, *ille* Mcei et vet. ed., *illae* Mdf. 5) *Hic* Mh. 6) 2. Cor. 5, 20. 7) *per xpm* vet. ed., *reconciliamini* Mdei, *reconciliamini* (superscr. *vel ri*) Mf. Dein *subiunxerat* vet. ed. 8) 2. Cor. 5, 21. 9) *factus est* Mad et pr. Me, item Mf, superscripto in hoc libro *vel fecit deus,* Mh *fecit deus,* Mi *facit,* Mg *factum peccatum.* Cf. *Sabatier.* ad hunc apostoli locum. In vet. ed. *nos* deest.

in quibusdam mendosis codicibus legitur: *Is* [10]), *qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit*, tamquam pro nobis Christus ipse peccaverit; sed ait: *Eum, qui*
213 A *non noverat* [11]) | *peccatum*, id est Christum, *pro nobis peccatum fecit* deus, cui reconciliandi sumus, hoc est sacrificium pro peccatis, per quod reconciliari valeremus. Ipse ergo peccatum, ut nos iustitia; nec nostra [12]), sed dei; nec in nobis, sed in ipso; sicut ipse peccatum, non suum, sed nostrum; nec in se, sed in nobis constitutum similitudine carnis peccati, in qua crucifixus est, demonstravit, ut quoniam peccatum ei [13]) non inerat, ita que-
B dammodo peccato moreretur, dum moritur carni, in | qua erat similitudo peccati; et cum secundum vetustatem peccati numquam ipse vixisset, nostram ex morte veteri, qua in peccato mortui fueramus, reviviscentem vitam novam sua resurrectione signaret. Ipsum est, quod in nobis [14]) celebratur, magnum baptismatis sacramentum, ut quicum-

---

10) *his* Mi. Idem liber vocc. *pro nobis peccatum* male omittit, *peccatum pro nobis fecit* vet. ed. Dein *peccaverat* Mi. 11) *novit* Mf. Vid. *Sabatier*. l. c. Tum *Christus* Mgi. Statim *pro nobis deus peccatum fecit* Mh, *factus est* Mdf, *vel fecit* in hoc libro supra addito; *peccatum factum* Mg. Paulo post *per quod reconciliandi sumus et valeremus* mendose Mi. 12) *non nostra* vet. ed. Idem liber *xpo* pro *ipso*. Post *non suum* in Mh r. m. supra adposuit *esse*. Mox *carnis* om. vet. ed. 13) *ei peccatum* Mi. Tum *non erat* Mf. Deinde *quodammodo* codd. omnes cum vet. ed., *quodam modo* ed. Maur. Mox *carni* pro *carne*, quod edd. Lov. et Arn. habent, confirmant mei codd. omnes et vet. ed. Proxime *ut* pro *et* Mi. Tum *ex vetere morte* Mc, *ex morte vetere* Mh et pr. Mb, *qua* ex *quia* (ita Mcei) correctum est in Mb. Pro *mortui fueramus* Mi *mortui eramus*. Recte *vitam novam* Mabcfgh cum vet. ed. et Maur., vulgares edd. et codd. Mdei male exhibent *vitam nova sua resurrectione*. 14) *in* om. Mf. Deinde *pertinet* Mhi et pr. Mb,

que ad istam pertinent gratiam, moriantur peccato, sicut
ipse peccato mortuus dicitur, quia mortuus est carni, hoc
est, peccati similitudini: et vivant a lavacro renascendo,
C sicut ipse a se|pulchro resurgendo, quamlibet corporis
aetatem gerant.

A parvulo enim recens nato [15]) usque ad decrepitum
senem sicut nullus est prohibendus a baptismo, ita nullus
est, qui non peccato moriatur in baptismo, sed parvuli
tantum originali, maiores autem etiam his omnibus mo-
riuntur peccatis, quaecumque male vivendo addiderunt ad
illud, quod nascendo traxerunt. Sed ideo etiam [16]) ipsi
peccato mori plerumque dicuntur, cum procul dubio non
D uni, sed multis peccatis omnibus|que moriantur, quaecum-
que iam propria commiserunt vel cogitatione, vel locutione,
vel opere, quia etiam per singularem numerum pluralis
numerus significari solet, sicut ait ille: *Uterumque armato*

---

inverso ordine *pertinent ad istam gratiam* Mg. Mox *ipse mortuus est carni* vet. ed., *ipse mortuus peccato* Md, [esse] *dicitur* Mf. Tum *carne* Mei et *similitudine* Mdefi. Pro *vivant* Mh *vivent*, Mf [vel aut] *vivent*, [a] *lavachro* Mf, *similitudine renascendi* pro *renascendo* Mi. Post *sicut* insertum *revixit* in Mh. Scripsi deinde pro *sepulcro* cum codd. meis omnibus et vet. ed. *sepulchro*, de qua scriptura vid. *Wagner.* de Orthograph. Vergil. p. 421. 15) *recenter* Mei, *nato recens* Mh. Mox *nullus prohibetur* vet. ed. In seqq. *tamen* pro *tantum* mendose Mi. Ante *maiores* male infertur *et* in vet. ed., *autem* om. Mf. Pro vulgat. *iis* e codd. restitui *his*. Vid. ad cap. IV. not. 2. In clausula [con] *traxerunt* habet Mf. 16) *etiam*, quod om. Mc, in Mbf corr. m. supplevit. Dein *mori peccato* legitur in Mbcd efhi et vet. ed. Paulo post *moriuntur* in Mg. Tum *proprie* Mcg et *commiserant* Mb. *Vel* ante *locutione* deest in Mi, in Me autem erasum est, *vel opere, vel locutione* scribit Mh. Statim [i] *qua* (ex emendatione sec. manus) Mb, *qua* Mc, *numerus* om. vet. ed. Tum

milite conplent [17]), quamvis hoc multis militibus fecerint. Et in nostris litteris legitur [18]): *Ora* [19]) *ergo ad dominum, ut auferat a nobis serpentem;* non ait serpentes, quos patiebatur populus, ut hoc diceret; et innumerabilia talia. Cum vero et illud [20]) originale unum plurali numero signi-
E ficatur, | quando dicimus in peccatorum remissionem baptizari parvulos, nec dicimus in remissionem peccati; illa est e contrario locutio, qua per pluralem significatur numerus singularis. Sicut in evangelio Herode mortuo dictum est [21]): *Mortui sunt enim qui quaerebant animam pueri;* non dictum est, mortuus est. Et in Exodo [22]): *Fecerunt*, inquit, *sibi deos aureos*, cum unum vitulum fecerint, de quo dixerunt [23]): *Hi sunt* [24]) *dii tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti:* et hic pluralem po-
F nentes pro | singulari. Quamvis et in [25]) illo peccato uno, quod per unum hominem intravit in mundum et in omnes

---

idem liber habet *sic*, *ille ait* Mc. Intelligitur *Virgilius* Aen. II. 20. 17) Deest *uterumque* in vet. ed., *conplent* pro *complent* recepi ex Ma et vet. ed., *complet* legitur in Mei, *implens* in Mg. Dein *hoc* om. Mf. 18) Num. 21, 7. sec. LXX. 19) *Ora* (*oro* Mc et pr. Mb) *ergo dominum* vet. ed., *ad deum* Mbcdefhi. Praepositionem ante *nobis* pr. omissam corr. m. superscripsit in Mb. Vocc. *serpentem; non ait* absunt a vet. ed. 20) *et hoc illud* vet. ed. Mox *quoniam* pro *quando* idem liber. Tum *in remissione peccatorum* Maf, *in remissionem peccatorum* Mg, *in peccat. remissione* Mcdehi et pr. Mb. Altero loco *in remissione* Mcdhi et pr. Mb, item a sec. m. Ma, *remissione* sine praepositione Me. Deinde *est contraria locutio* Mdefi. *Locutionem*, quod ad vocc. *per pluralem* addunt Amerb. Erasm. Lovan. et Arn., nec mei libri Mss. c. vet. ed., neque Maurinorum codices agnoscunt. 21) Apud Matth. 2, 20. 22) Cap. 32, v. 31. Post *fecerint* (mendose *fecerunt* Mh et vet. ed.) additur *tantum* in Mag. 23) Exod. 32, 8. 24) *sunt* sec. m. supra adposuit in Mb, *te eduxerunt* exhibet Mh, *deduxerunt* absque *te* vet. ed. 25) *in* om. vet. ed. Paulo post *pertransiit* cum vet. ed. et

homines pertransiit, propter quod etiam parvuli baptizantur, possint intellegi plura peccata, si unum ipsum in sua quasi membra singula dividatur. Nam et superbia est illic, quia[26]) homo in sua potius esse, quam in dei potestate dilexit; et sacrilegium, quia deo non credidit; et homicidium, quia se praecipitavit in mortem; et fornicatio
G spiritalis, quia integritas mentis humanae serpentina | suasione corrupta est; et furtum, quia cibus prohibitus usurpatus est; et avaritia, quia plus quam illi sufficere debuit, appetivit; et si quid aliud in hoc uno admisso diligenti consideratione inveniri potest.

214 A Parentum quoque peccatis par|vulos obligari, non solum primorum hominum, sed etiam suorum, de quibus ipsi nati sunt, non inprobabiliter dicitur[27]). Illa quippe divina sententia[28]): *Reddam peccata patrum*[29]) *in filios*, tenet eos utique ante quam per regenerationem ad testamentum novum incipiant pertinere. Quod testamentum prophetabatur, cum diceretur per Ezechielem[30]), non ac-

---

Maur. tenent Mabfg, *pertransivit* habet Mc, mendose *pertransibit* Mh, *pertransit* (i. e. *pertransiit*) scribunt Mdei. Vid. ad cap. X. not. 10. Statim *baptizantur parvuli* Mf. Scripturam *intellegi* testantur Mabcd. Tum *unum peccatum ipsum* habet Mi. Post *quasi*, quod om. Mc, in Mh repetitur praepositio *in*. Inverso ordine Mag scribunt *dividatur singula*. 26) *qua* Mde. Pro *quam in dei pot.* Mbc *qua dei pot.* Mox *non credidit deo* Md. Dein *quoniam* pro *quia* c. vet. ed. codd. Mbcdei et *semet ipsum praecipitavit* Mag. Quod post *fornicatio spiritualis* et in seqq. post *avaritia* additur *est* in Mh, e glossemate fluxit. *Spiritualis* item habet, ut passim, vet. ed. Paulo post in Mg et vet. ed. est *plus quam quod*. Pronom. *illi* om. Mb, *sufficere illi* exhibent Mbcdefi et vet. ed., *adpetivit* dat Ma. Proxime *hoc* om. Mg. Pro *admisso* legitur in Mh *amissum est*. 27) *inprobabiliter* Madegh, vulg. *improbabiliter*. Tum *asseritur* pro *dicitur* Mdehi. 28) Deut. 5, 9. 29) *parentum* Mg. Ita et in seqq. Dein *eos* om. Md. 30) Cap. 18, v. 2.

cepturos filios peccata patrum suorum, nec ulterius futuram
in Israel parabolam illam: *Patres nostri manducaverunt*
B *uvam acerbam, et dentes | filiorum obstipuerunt*[31]). Ideo
enim quisque renascitur, ut solvatur in eo, quidquid pec-
cati[32]) est, cum quo nascitur. Nam peccata, quae male
agendo postea committuntur, possunt[33]) et paenitendo
sanari, sicut etiam post baptismum fieri videmus. Ac per
hoc non est instituta regeneratio, nisi quia vitiosa est
generatio, usque adeo ut etiam de legitimo matrimonio
procreatus dicat[34]): *In*[35]) *iniquitatibus conceptus sum,
et in peccatis mater mea me in utero aluit.* Neque
C hic dixit: In iniquitate vel in peccato[36]), cum | et hoc
recte dici posset; sed iniquitates et peccata dicere maluit,
quia et in illo uno, quod in omnes homines pertransiit
atque tam magnum est, ut eo mutaretur et converteretur
in necessitatem mortis humana natura, reperiuntur, sicut

---

31) Sic optime Mab et antiquiores Maurinorum libri. Vid. *Wagner*. de Orthograph. Vergil. p. 414 et 461. *Obstupuerunt* legitur vulgo et in codd. Mcdehi, *obstupescunt* in Mfg. Rariorem illam scripturam saepe oblitteratam e vetustis codd. nuper restitui etiam in *Cypriani* libro de lapsis cap. VI. p. 68, ubi haec sunt: *Non sensus obstipuit, lingua haesit, sermo defecit?* 32) *peccatum est* Mc. Pro *cum quo* Mgh habent *in quo;* superscriptum tamen legitur *cum* in posteriore libro. 33) *possent* Mc et pr. Ma. 34) Psalm. 50, 7. 35) *in* om. Mi. Tum *in peccatis concepit* exhibet vet. ed., *in peccatis meis* dant Mei et *in utero me aluit* Mghi, *in utero aluit me* vet. ed. 36) Ita Mabcdegi c. vet. ed. et e corr. Mf pro *vel peccato*. In Mh est *vel in peccatis*. Dein c. vet. ed. *possit* Mbc et a m. pr. Me, a sec. Ma, *possit intelligi* Mf. Statim *in iniquitatibus et peccatis* Mh. Paulo post *pertransit* Mf. Cf. supra not. 25. Idem liber om. *atque*. Recte *ut eo mutaretur* exhibent Macfgh, *ut* ^{in} *eo mut.* (in a sec. m. supra notato) dat Mb, *ut in eo mutaretur* vet. ed., *ut commutaretur per illud* scribunt Mei (voculis *per illud* in priore libro ab al. m. adiectis), *ut cum mu-*

supra disserui, plura peccata et alia parentum, quae etsi non ita possunt mutare naturam, reatu tamen obligant filios, nisi gratuita gratia et misericordia divina subveniat. Sed de peccatis aliorum parentum, quibus ab ipso Adam
D usque ad | patrem suum progeneratoribus[37] suis quisque succedit, non inmerito disceptari potest: utrum omnium malis actibus et multiplicatis delictis originalibus qui nascitur implicetur, ut tanto peius, quanto posterius quisque nascatur; an propterea deus in tertiam et quartam generationem de peccatis parentum eorum posteris comminetur[38], quia iram suam quantum ad progeneratorum culpas non extendit ulterius moderatione miserationis suae, ne
E illi quibus regenerationis gratia non con|fertur, nimia sarcina in ipsa sua aeterna damnatione premerentur, si cogerentur ab initio generis humani omnium praecedentium parentum suorum originaliter peccata contrahere et poenas pro eis debitas pendere, an aliud aliquid de re tanta scripturis sanctis diligentius perscrutatis atque tractatis valeat vel non valeat reperiri, temere affirmare non audeo.

---

taretur Md. Mox *repperiuntur* habent Mabcfh. Item in fin. huius capitis *repperiri* Mabdgh, ubi Me *repperire*. Tum *disseruimus* Mag. Post *et alia* in Mh al. m. supra adposuit *sunt;* ad *parentum* vet. ed. addit *nostrorum*, tum *etsi* om. idem liber et Mch. Dein *ita non* legitur in Mg. Post *gratia* coniunctionis particula deest in Mdfi, *divina misericordia* mutato ordine exhibent Mbc. 37) *progenitoribus* Mg, *progenerationibus* vet. ed. Statim *inmerito* (vulg. *immerito*) septem codd., *in merito* Mc. Tum *inplicetur* pro *impl.* Mai. 38) Deut. 5, 9. Mox *et progeneratorum* Mc et pr. Mb, *progenitorum* Mh. In seqq. *conferretur* Mgi; *sua*, quod editi ante *aeterna* habent, in Mbcdf et vet. ed. post *aeterna*, in Mi post *dampnatione* (sic plures codd.) insertum est. Sed non immerito in Me omittitur, cum glossam sapiat. Idcirco expunxi. Paulo post vet. ed. exhibet *peccata sua*. Mox in quinque codd. et vet. ed. legitur *aliquid*

CAPUT XVII.

Peccatum originale non solvi neque dilui nisi per Iesum Christum. Quae esset virtus baptismatis Ioannis, et cur Christus a Ioanne baptizari voluerit? Per Christum tolli non solum originale peccatum, sed et cetera, quae sua voluntate quisque committit. Quomodo apostolus mysterium baptismatis in cruce Christi commendaverit? Crucem Christi, sepulturam, resurrectionem, triumphum, figuram esse vitae Christianae.

14. Illud tamen unum peccatum, quod tam magnum
F in loco et habitu tantae felicitatis ad|missum est, ut in uno homine [1]) originaliter, atque, ut ita dixerim, radicaliter totum genus humanum damnaretur, non solvitur ac diluitur nisi per unum mediatorem dei et hominum, hominem Christum Iesum, qui solus potuit ita nasci, ut ei non opus esset renasci. Non enim renascebantur, qui baptismate Ioannis baptizabantur [2]), a quo et ipse baptizatus est, sed quodam praecursorio illius ministerio, qui dicebat [3]): *Parate viam domino*, huic uni, in quo solo
G renasci pote|rant, parabantur. Huius enim baptismus [4]) est non in aqua tantum, sicut fuit Ioannis, verum etiam in spiritu sancto, ut de illo spiritu regeneretur quisquis

---

aliud et in Mag male *in scripturis*. Deinde Mabcg scribunt *adfirmare*. Verba *vel non valeat* in vet. ed. desiderantur.

Cap. XVII. 1) Post *admissum* vet. ed. om. *est* itemque *in* ante *uno homine*, *in homine uno* ponit Mi. Mox *ut*, quod in Mb corr. m. addidit, Mc omittit. Tum *radicabiliter* dant Madefghi. Proxime *atque diluitur* reperi in Mf, *nec diluitur* in vet. ed., deinde *Iesum Christum* in Mag, alio ordine *ita potuit nasci* in Mbc, statim *opus ei non esset* habet Mh, *ei opus non esset* vet. ed. 2) *baptizabantur baptismate Iohannis* septem codd. una cum vet. ed. Mox *illius* deest in Mg. 3) Matth. 3, 13. 4) *baptismum* Mg, *est* om. Mi. Tum *in aqua non tantum* scribit Mf, *non tantum* omisso *in* ante *aqua* etiam Md. In seqq. pro *quisquis* Mi et vet. ed. habent

in Christum credit, de quo Christus generatus regenera-
225 A tione non eguit. Unde vox illa | patris, quae [5]) super baptizatum facta est [6]): *Ego hodie genui te*, non unum illum [7]) temporis diem, quo baptizatus est, sed inmutabilis aeternitatis ostendit, ut illum hominem ad unigeniti personam pertinere monstraret. Ubi enim dies nec hesterni fine inchoatur, nec initio crastini terminatur [8]), semper hodiernus est. In aqua ergo baptizari voluit [9]) a Ioanne, non ut eius iniquitas ulla dilueretur, sed ut magna commendaretur humilitas. Ita quippe nihil in eo baptismus [10]) quod ablueret, sicut mors nihil quod puniret, invenit, ut
B diabolus veritate | iustitiae, non violentia potestatis oppressus et victus, quoniam ipsum sine ullo peccati merito iniquissime occiderat, per ipsum iustissime amitteret quos peccati merito detinebat. Utrumque igitur ab illo, id est, et baptismus [11]) et mors, certae dispensationis causa, non miseranda necessitate, sed miserante potius voluntate susceptum est, ut unus peccatum tolleret mundi, sicut unus peccatum misit in mundum, hoc est, in universum genus

---

quisque permutatione frequentissima. Statim *in Christo* legitur in vet. libro typis expresso; lectionem *generatus* a Maurinis restitutam confirmant mei codd. omnes. 5) *quando* pro *quae* Mi. 6) Psalm. 2, 7. Hebr. 1, 3 et 5, 5. 7) *illum*, quod om. Mc, Mb habet a sec. m.; *illud temporis dicit quo* legitur in vet. ed. Pro *inmutabilis* (ita Mabcgh pro vulg. *immutabilis*) in Mdi est *inmortalis*, in Me *immortalis*. Mf scribit *immutabilitatem aeternitatis* (hoc vocabulo a corr. m. addito). 8) *inhoantur* — *terminentur* vet. ed. 9) *voluit baptizari* Mei. Post *magna* in Mf supra adiectum est *eius*. 10) *in eo nichil* vet. ed., tum *baptismum*, ut supra not. 4., Mg. 11) Prius *et* om. Mf. Rursus *baptismum* Mg. Idem *dispensationis certae causa*. Mox *peccata tolleret* Mb, *tolleret peccata* vet. ed. Deinde verba: *hoc est* — — *misit in mundum* desiderantur in Mi. Ante *universum* Mfh praepositionem omittunt.

C humanum. Nisi quod ille [12]) unus unum | peccatum misit in mundum, iste vero unus non solum illud unum, sed cuncta simul abstulit, quae addita invenit. Unde dicit apostolus [13]): *Non sicut per unum peccantem* [14]), *ita est et donum. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem.* Quia utique illud unum, quod originaliter trahitur, etiam si solum sit, obnoxios damnationi [15]) facit; gratia vero ex multis delictis iustificat hominem, qui praeter
D illud unum, quod communiter cum omnibus ori|ginaliter traxit, sua quoque propria multa commisit.

Verumtamen quod paulo post dicit [16]): *Sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, ita et* [17]) *per unius iustitiam in omnes homines ad iustificationem vitae*, satis indicat ex Adam neminem natum nisi damnatione detineri, et neminem nisi in Christo renatum a damnatione liberari. De qua [18]) per unum hominem paena et per unum hominem gratia cum locutus fuisset, quantum illi epistulae suae loco sufficere iudicavit,

---

12) Verba seqq. usque ad *unus non solum* exciderunt in Mb, *unum* deest in Mg. Mox *vero* Mf in ras. habet. Cuius loco Mc male scribit *ergo*. Statim *unum illud* dat Ma. 13) Rom. 5, 16. 14) Ita codd. mei omnes excepto Me, in quo ex mutatione est *per unum peccatum*. In seqq. post *iustificationem* in vet. ed. additur *vitae*. 15) *obnoxios damnationis* vet. ed., tum *autem* pro *vero* Mi. Mox vet. ed. *propter illud unum quod communiter traxit originaliter cum omnibus*. Dein *quoque* om. Mh. Statim *proprie* habet vet. ed. 16) Rom. 5, 18. 17) *et* om. Mg et vet. ed. Cf. *Sabatier*. ad apostoli l. c. Verba seqq.: *iustitiam in omnes homines ad*, omissa in Mc, Mb a corr. m. in mg. habet. Pro *iustitiam* in vet. ed. legitur *iustificationem*. Dein *ad iustitiam vitae* scribit Mf. Ante *ita* ed. vet. inserit *et*. 18) *De qua re — penam — gratiam* vet. ed. Tum *et quantum* Mf. Dein *epistulae* una c. vet. ed. cod.

E deinde | sacri baptismatis in cruce Christi grande mysterium commendavit eo modo, ut intellegamus nihil aliud esse in Christo baptismum, nisi mortis Christi similitudinem; nihil autem aliud mortem Christi crucifixi, nisi remissionis peccati similitudinem, ut, quemadmodum in illo [19]) vera mors facta est, sic in nobis vera remissio peccatorum, quemadmodum in illo vera resurrectio, ita in nobis vera iustificatio. Ait enim [20]): *Quid ergo dicemus?* [21]) *Permanebimus in peccato, ut gratia abundet?*
F | Dixerat enim superius [22]): *Ubi enim* [23]) *abundavit peccatum, superabundavit gratia.* Et ideo [24]) quaestionem sibi ipse proposuit, utrum propter abundantiam gratiae consequendam in peccato sit permanendum. Sed respondit [25]): *Absit* [26]). Atque subiecit [27]): *Si mortui sumus peccato, quomodo vivemus* [28]) *in eo?* Deinde ut ostenderet mortuos nos [29]) esse peccato: *An ignoratis,* inquit [30]), *quoniam quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus?* Si ergo hinc ostendimur mortui
G esse [31]) peccato, quia in morte | Christi baptizati sumus, profecto et parvuli, qui baptizantur in Christo, peccato

Mc et a m. pr. Mb. Statim *denique* pro *deinde* Mh. In seqq. *intellegamus* Mabcd. Verba *in Christo baptismum — — nihil autem* in vet. ed. desunt. 19) *in illa* Md, *in illa* Mci. Tum *mors xpi* vet. ed. Paulo post *in illa* Mi et vet. ed. 20) Rom. 6, 1. 21) *Quod ergo dicimus?* Mc et pr. Mb. Tum *si in peccato permanebimus* Mg. 22) Rom. 5, 20. 23) *enim* om. octo codd. et vet. ed. Dein *et gratia* scribit Mg. 24) *ideo* om. vet. ed. 25) *respondet* Mg. 26) Rom. 6, 2. 27) *subiunxit* Mg. 28) *vivimus* a m. pr. Mag. Tum *in illo* Mag. 29) Ita Mabcdefi et vet. ed., *nos mortuos* Mh c. editis, Mg pronomen omittit. 30) *An, inquit, ignoratis* Mf. Vid. Rom. 6, 3. Pro *quoniam* Mh perperam habet *quomodo.* 31) Abest *hinc* a vet. ed., dein *esse* a Mg. Idem liber scribit *in morte ipsius Christi.*

216 A moriuntur, quia | in morte ipsius baptizantur. Nullo enim
excepto dictum est [32]): *Quicumque* [33]) *baptizati sumus*
in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et
ideo [34]) dictum est, ut probaretur mortuos nos esse pec-
cato. Cui autem peccato parvuli renascendo moriuntur,
nisi quod nascendo traxerunt? Ac per hoc etiam ad
ipsos pertinet quod sequitur, dicens [35]): *Consepulti ergo*
sumus [36]) *illi per baptismum in mortem, ut quemadmodum*
surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita et
nos in novitate vitae ambulemus. Si enim conplantati
B *facti sumus* [37]) *similitudini mortis eius,* | *simul et re-*
surrectionis erimus: hoc scientes, quia vetus homo noster
simul crucifixus est, ut evacuetur corpus peccati, ut
ultra non serviamus peccato. Qui enim mortuus est,
iustificatus est a peccato. Si autem [38]) *mortui sumus*
cum Christo, credimus quia simul etiam vivemus cum
illo, scientes quia Christus resurgens a mortuis, iam

---

32) Rom. l. c. 33) Additur *enim* in Mbc et vet. ed. Pro *ipsius* Mbcd et vet. ed. exhibent *illius*. 34) *Et hoc ideo* vet. ed. Subinde *nos mortuos* Mh. Cf. supra not. 29. 35) Rom. 6, 4 seqq. 36) Ita Mdefhi, *consepulti sumus ergo* ed. Maur., *consepulti enim sumus* ceteri libri mei, edd. praecedentes et bibliorum versiones antiqua et vulgata nova. Legitur in Graec. συνετάφημεν οὖν. Tum *in morte* dant Mafh, nec aliter pr. habebat Mg; *quem ad modum* scribit Mc. Deinde *per* *vel gloriam* *gratiam* Mf. 37) *conplantati* pro *compl.* recepi ex septem codd., *conpl. sumus* praebent Mdeh, *conpl. fuimus* Mc et a m. pr. Mb. In hoc libro *facti* superscripsit manus saeculi duodecimi et manus saeculi decimi quinti addidit *sumus*. Cf. *Sabatier*. *Consepulti* exstat in vet. ed. *Sed* pro *semel* una cum vet. ed. perperam habent Mc et a m. pr. Mf. Paulo post *evacuaretur* exstat in Mabc et vet. ed. 38) *Si enim* cod. Mg. Mox *etiam* a septem codd. et vet. ed. abest. Pro *resurgens* in Mbcdehi legitur *surgens*, dein *ex mortuis* in Mdehi, quocum congruunt verba Graeca

non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel; quod autem vivit, vivit deo [39]). *Ita et vos existimate mortuos quidem vos esse peccato* [40]); *vivere autem deo in Christo* C | *Iesu* [41]). Hinc enim probare coeperat non esse nobis permanendum in peccato [42]), ut gratia abundet, et dixerat [43]): *Si mortui sumus peccato, quomodo vivemus in eo?* [44]) Atque ut ostenderet mortuos nos [45]) esse peccato, subiecerat [46]): *An ignoratis, quoniam quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius* [47]) *baptizati sumus?* Sic itaque totum istum locum clausit [48]), ut coepit. Mortem quippe Christi sic insinuavit, ut etiam ipsum mortuum diceret esse peccato. Cui peccato, nisi D carni [49]), in qua erat, non | peccatum, sed similitudo peccati, et ideo nomine appellata est peccati? Baptizatis

---

ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν. Tum *mori[e]tur* Ma. Idem liber cum Mg *et mors in eo ultra, et mors ei ultra* vet. ed. Post vero in Ma ex *in eo* correctum est *ei*, quod habet etiam Mb; *ultra* om. Mh. 39) *viv[i]et deo* e corr. sec. m. Mb, *vivet deo* Mc. 40) *vos mortuos esse* Mbch c. vet. ed., *vos mortuos quidem esse* Mde, *vos quidem mortuos esse* Mi, *vosmet ipsos mortuos quidem esse peccato* Ma et Mg, in quo *esse* post *peccato* ponitur; *vos* [*metipsos*] *mortuos* etc. scribit Mf. 41) *vivere* tuentur mei libri Mss. omnes, item vet. ed. Male *in deo in Christo Iesu* habet Mc, *in deo xpo ihesu* vet. ed. 42) *manendum* vet. ed., subinde *in peccatis* Mg. 43) Rom. 6, 2. 44) In Mf haec ita leguntur: *Quomodo enim etiam vivemus in eo, si mortui sumus peccato?* 45) *nos* al. m. superscripsit in Ma. Dein *subiecerat* confirmant Madefghi, *subicerat* dant Mbc. 46) Rom. 6, 3. 47) *illius* Mbcdehi. 48) Ita Mdegh et pr. Mf, conspirante vet. ed., *totum istum locum conclusit* Mbc, *conclusit* e corr. Ma et inter vers. Mf, *locum* in Mi deest. Legitur vulg. *totum locum istum clausit.* Tum *et* pro *ut* idem liber. 49) Congruunt Mbch et a sec. m. Ma itemque vet. ed., *carnis* habent Mdefgi et a m. pr. Ma, ut

itaque in morte [50]) Christi, in qua non solum maiores, verum etiam parvuli baptizantur, ait [51]): *Sic et vos*, id est quemadmodum Christus, *sic et vos existimate vos mortuos esse peccato, vivere* [52]) *autem deo in Christo Iesu.*

Quidquid [53]) igitur gestum est in cruce Christi, in sepultura, in resurrectione tertio die, in ascensione in caelum, in sede ad dexteram patris, ita gestum est, ut his
E rebus non mystice tan|tum dictis, sed etiam gestis configuraretur vita Christiana, quae hic geritur. Nam propter eius crucem dictum est [54]): *Qui autem Iesu Christi* [55]) *sunt, carnem suam crucifixerunt cum passionibus et concupiscentiis.* Propter sepulturam [56]): *Consepulti* [57])

---

recentiores ante Maur. editi. Ante *ideo* defit partic. *et* in vet. ed. Post *appellata* octo codd. *est* omittunt. In Mf supra scriptum est *appellatur*, *appellat* reperi in Mg, *appellato* absque *est* in vet. ed. 50) *in mortem* Me. Additur *et vos, id est quemadmodum xps* intermediis omissis in vet. ed. Dein *non soli* exhibent Mbcdefh, *solum* superadditum in Mf. 51) Rom. 6, 11. 52) *viventes* Mg et pr. Ma iuxta Graecum ζῶντας. Ita et Lat. versiones. Cf. *Sabatier*. Abest quod praecedit *mortuos* a vet. ed. 53) *Quidquid* solus Ma a m. pr., ceteri, ut a sec. m. Ma, cum vet. ed. *quicquid* exceptis Mgi, in quibus scribitur *quicquit*. Tum *ergo* vet. ed. Deinceps *in ascensione* pro *in adscensione*, quod exstat in ed. Maur., habent codd. omnes et vet. ed. In Me primitus fuit *in assensione*. Pro *in sede* legitur *et* (quod in Ma superscriptum est) *sedere* in octo codd. atque vet. ed., in Mf *et sessione*, quod Mb a sec. m. inter versus exhibet. *Ad dextram* dat Mg. Idem et Ma *de his rebus*, Mb *mystice non tantum* ex mutatione sec. m. Mox *configuretur* Mbc et vet. ed. Verba seqq.: *vita Christiana, quae hic geritur* om. Mc, habet vero ad marginem adscripta Mb. 54) Gal. 5, 24. 55) *Christi Iesu* Mbc; *suam* in iisdem libris corr. m. supra adiecit. Dein *cum passionibus* (σὺν τοῖς παθήμασιν), quod Maurini ex praecipuis Mss. restituerunt, ego reperi etiam in Mbcdehi et vet. ed.; *cum vitiis* exhibent Mafg. 56) Rom. 6, 4. 57) Addidi *enim* ex

enim sumus Christo per baptismum in mortem. Propter resurrectionem [58]): *Ut quemadmodum Christus resurrexit a mortuis per gloriam patris, ita et nos in novitate vitae ambulemus.* Propter ascensionem [59]) in caelum sedemque ad dexteram patris [60]): *Si autem resurrexistis*
v *cum* | *Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est ad dexteram dei sedens; quae sursum sunt* [61]) *sapite, non quae super terram: mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in deo.*

CAPUT XVIII.

De adventu Christi ad iudicium. Duplici modo intelligi, quod iudicaturus sit vivos et mortuos.

Iam vero quod de Christo confitemur futurum, quoniam [1]) de caelo venturus est, vivos iudicaturus ac mortuos, non pertinet ad vitam nostram, quae hic geritur, quia nec in rebus gestis eius est, sed in fine saeculi gerendis. Ad hoc pertinet quod apostolus secutus [2]) ad-

---

octo codd., quibuscum faciunt vet. ed. et Latinae versiones. Dein *cum Christo* exhibet Md, *in xpo* vet. ed. 58) Rom. l. c. *Ut* vet. ed. om. 59) Ita codd. omnes et vet. ed., non *adscensionem*. Vid. supra not. 53. Tum *sedentemque ad dexteram patris dictum est* habet vet. ed., *in dexteram* Mc et a pr. m. Mb, post vero in hoc libro *m* abrasum est; *in dextera* scribunt Mdefh. 60) Coloss. 3, 1. Vet. ed. *ubi est xps in dextera dei.* 61) Verba: *quaerite — — quae sursum sunt*, utpote omissa in Mh, diversa manus ad mg. adiecit. In Mi haec ita sunt mutilata: *quaerite non super terram.*

Cap. XVIII. 1) *quomodo* Mh. Statim *et vivos* Mbcdehi c. vet. ed. Tum *et mortuos* Mafg. Paulo post *in rebus est gestis eius* habet vet. ed., pronomen *eius* erasum est in Mb, punctis deletum in Mh, *est eius* legitur in Mg. Verb. *est* om. Md. 2) *secutus* a m. pr., a sec. *sequutus* Ma. Vid. Coloss. 3, 4.

iunxit: *Cum Christus adparuerit* [3] *vita vestra, tunc et*
G | *vos adparebitis cum illo in gloria.* Duobus autem
217 A modis accipi potest, quod [4] vivos et mortuos iu|dicabit: sive ut vivos intellegamus, quos hic nondum mortuos, sed adhuc in ista carne viventes inventurus est eius adventus; mortuos autem, qui de corpore, prius quam veniat, exierunt vel exituri sunt: sive vivos iustos, mortuos iniustos, quoniam iusti quoque iudicabuntur. Aliquando enim iudicium dei ponitur in malo [5], unde illud est [6]: *Qui autem male egerunt* [7], *in resurrectionem iudicii;* aliquando et in bono secundum quod dictum est [8]: *Deus*
B *in nomine tuo salvum me fac et* | *in virtute tua iudica me.* Per iudicium quippe dei fit ipsa bonorum malorumque discretio, ut [9] liberandi a malo, non perdendi cum malis, boni ad dexteram segregentur. Propter quod ille clamabat [10]: *Iudica me deus.* Et quod dixerat [11] velut

---

3) *apparuit* vet. ed. Scripsi *adparuerit* et *adparebitis* pro *apparuerit* et *apparebitis*. Cf. ad cap. XI. not. 7. Codd. Mdehi verborum ordine mutato habent *cum illo apparebitis*. 4) *quid* pr. Ma, *quia* Mi. Proxime *ut* deletum est in Ma, superscriptum a corr. m. in Mb. *Intellegamus* obtulerunt Mabc. Praepositionem *de* ante *corpore* om. Mc, Mb a m. emendatr. habet inter vers., *veniat* deest in Mh, tum *exierant* perperam legitur in Mb et ita pr. fuit in Mc. Post *mortuos* exterminavi *autem*, quod sec. m. delevit in Ma et ceteri codd. ac vet. ed. non agnoscunt. Dein codd. Madefgi et vet. ed. non agnoscunt. Dein codd. Madefgi et vet. ed. exhibent *quoniam iusti quoque iudicabunt, iniusti autem* (vet. ed. om. *autem*) *iudicabuntur*. 5) *in malum* Mdefi. 6) *unde est illud* exhibet vet. ed. Vid. Ioann. 5, 29. 7) *egerunt* deest in Mf. Post *aliquando* in Mcei ex antecedentibus irrepsit *enim*. Particulam *et* om. Mag et vet. ed. Tum *in bonum* scribunt Mdei, *secundum quia* dat Mi. 8) Psalm. 53, 3. 9) *et — — segregantur* Mag. 10) *clamat* Mi et vet. ed., *clamat* (superscripto *clamabat*) Mf. Ceterum vid. Psalm. 42, 1. 11) Ita Mdefi, *quid dixerat* ed. Maur., *quod dixerit* vet. ed.,

exponens: *Et discerne*, inquit, *causam meam de gente non sancta.*

CAPUT XIX.

Post confessionem in patrem et filium recte in symbolo adiungi: credere nos et in spiritum sanctum. Subiungi autem deinde ecclesiam tanquam templum trinitatis, et intelligendam esse tum ecclesiam caelestem, tum terrenam.

15. Cum autem de Iesu Christo [1]) filio dei unico domino nostro, quod ad brevitatem confessionis pertinet,
c dixerimus, adiungimus sic | credere nos et in spiritum sanctum, ut illa trinitas conpleatur, quae deus est; deinde sancta commemoratur Ecclesia. Unde datur intellegi [2]) rationalem creaturam ad Hierusalem liberam pertinentem post commemorationem creatoris, id est, summae illius trinitatis, fuisse subdendam. Quoniam quidquid [3]) de homine Christo dictum est, ad unitatem personae unigeniti pertinet. Rectus itaque confessionis ordo poscebat, ut trinitati subiungeretur [4]) Ecclesia, tamquam habitatori

---

quid dixerit Mabcgh. Tum *inquit: Et discerne* Mf. *Et* om. Mdei.
Cap. XIX. 1) *de Christo Iesu* Mbc. Pro *unico* vet. ed. *unigenito*. Tum *et dixerimus* Mg. Statim *adiungimus sic credere nos* cum ed. Maur. commune habent codd. Madegi. Congruit etiam Mb, in quo pro *sic* primo videtur fuisse *ut scis*. Id reperi in Mh, vet. ed. et in Mc, in quo supra *ut scis* r. m. posuit *et* (nonnulli Maurinorum libri praebent *ut*) *convenit sic*. In Mf exstat *, et convenit* *, sic credere*. Quod sequitur *et* om. vet. ed., *in sanctum spiritum* dant Mbc, *conpleatur*, quod pro *compleatur* recepi, exhibent Mgi et a m. pr. Ma. Tum *quando deus est* legitur in Mi, *quae est deus* in vet. ed. 2) Ita Mabceh, vulg. *Ierusalem*. 3) *quidquid* Mh et pr. Ma, quinque libri c. vet. ed. male *quicquid*, duo *quicquit*, ut passim. 4) *sub* *iungeretur*, dein *vel habitatori* *habitationi* Mf.

D | domus sua et deo templum suum et conditori civitas
sua. Quae tota hic accipienda est, non solum [5]) ex parte,
qua peregrinatur in terris, a solis ortu usque ad occasum
laudans nomen domini et post captivitatem vetustatis can-
tans canticum novum; verum etiam ex illa, quae in caelis
est semper, ex quo condita est, cohaesit deo, nec ullum
malum sui casus experta est. Haec in sanctis angelis
beata persistit et suae parti [6]) peregrinanti sicut oportet
E opituletur, quia utraque una erit consortio aeter|nitatis et
nunc una est in vinculo caritatis, quae tota instituta est
ad colendum deum. Unde nec tota, nec ulla pars eius
vult se coli pro deo, nec cuiquam esse deus pertinenti
ad templum dei, quod aedificatur ex dis [7]), quos facit
non factus deus. Ac per hoc spiritus sanctus si creatura
non creator esset, profecto creatura rationalis esset; ipsa
est enim [8]) summa creatura. Et ideo in regula fidei non
poneretur ante Ecclesiam, quia et ipse ad Ecclesiam [9])
F pertineret in illa eius parte, quae | in caelis est. Nec

---

5) *non tantum* Mbc. Mox *qua*, ut vet. ed. et Maur., octo codd., *quae* Mi. Pro *domini* inepte *tuum* idem liber. Paulo post *in caelis est semper* recte Mag, dum Mbcfh, ut vet. ed. et Maur., om. *est*, ceteri autem *est semper*. 6) Deest *parti* in Md. Tum *quae* pro *quia* legitur in Mfi, *consortio erit* in Mg et ad voc. *aeternitatis* in Mf additur *eius*. Post *instituta* (*constituta* exstat in vet. ed.) Mh *est* a r. m. habet. Ante *deum* omisi *unum* praeeuntibus libris omnibus et vet. ed. 7) Ita Mbc pro *diis* per contractionem. Cf. *Wagner*. Orthogr. Vergil. p. 432 et *Sillig*. Praef. ad Plin. natur. hist. T. I. p. LXXI. Tum *fecit* vet. ed. 8) Lectionem *ipsa est enim* a Maurinis receptam exhibent etiam Mafgh et a m. pr. Mb, *ipsa enim est* scribit Mc, *ipsa enim esset* legitur in vet. ed., *ipsa esset enim* dant ceteri libri cum exemplaribus ante Maur. typis excusis; *creatura summa* ponitur in Mg. 9) Verba *quia et ipse ad ecclesiam* a corr. m. in mg. habent Mbc. Statim *eius* om. Mg.

haberet templum [10]), sed etiam ipse templum esset, templum autem habet, de quo dicit apostolus [11]): *Nescitis quia corpora vestra templum est spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a deo?* De quibus alio loco [12]) dicit [13]): *Nescitis quia corpora vestra membra sunt Christi?* [14]) Quomodo ergo deus non est [15]), qui templum habet? aut minor Christo est [16]), cuius membra templum habet? Neque enim aliud templum eius [17]), aliud templum
c dei est, cum idem dicat apostolus: *Nescitis quia | templum dei estis.* Quod ut probaret [18]), adiecit: *Et spiritus dei* [19]) *habitat in vobis.* Deus ergo habitat in templo suo, non solum [20]) spiritus sanctus, sed etiam pater et filius, qui
218 A etiam de corpore suo, per | quod factus est caput Ecclesiae, quae in hominibus est, *ut sit ipse in omnibus primatum tenens* [21]), ait [22]): *Solvite templum hoc, et in triduo suscitabo* [23]) *illud.*

---

10) *templum haberet* Mg. Verba seqq. usque ad *de quo dicit* desiderantur in Mh. Pro *sed etiam* Mi scribit *sed iam.* 11) 1. Cor. 6, 19. Desunt haec usque ad alterum *nescitis* in Mi. Codd. Mbc defh exhibent: *templum in vobis est spiritus sancti, quem habetis.* Ita primo legebatur etiam in Mb. Sec. autem manus vocc. *in vobis* expunxit et in Me *sancti* mutatum est in *sanctus.* Deleto verbo *est* sciolus in Mg subposuit *sunt.* Vid. *Sabatier.* ad hunc apostoli locum: Pro *a deo* vet. ed. habet *ex deo.* 12) *alio in loco* Mbc. 13) 1. Cor. 6, 15. 14) *Christi sunt* Mag et vet. ed. 15) Mh addit *spiritus sanctus.* Dein *qui templum non habet* dat vet. ed. 16) *aut quomodo minor* Mdefhi, dein *est Christo* Mefh. A cod. Mi abest *Christo.* Post *membra* cod. Mh infert *ipse spiritus sanctus.* 17) *Neque enim templum aliud eius* exhibet vet. ed. Vocc. *aliud templum eius* om. Mh, *eius et aliud templum* habent Mag. Statim *cum* — *dicit* vet. ed. 18) *approbaret* Mdef c. vet. ed., *adprobaret* Mi. 19) *spiritus dei sanctus* Md. 20) *solus* Mde. Tum *pater simul et filius* Mh. Mox *factum est* Mi. 21) Coloss. 1, 18. Scripsi *in omnibus ipse* suadentibus libris Mss. meis et vet. ed. Vulgo

CAPUT XX.

De stabilitate caelestis Ecclesiae. Angelorum quae sint variae species? Multa esse, quae de illis ignorantur. Quomodo satanas transfiguret se ut angelum lucis?

Templum ergo dei, hoc est totius summae trinitatis [1]), sancta est Ecclesia, scilicet universa in caelo et in terra. Sed de illa, quae in caelo est, affirmare [2]) quid possumus, nisi quod nullus in ea malus est, nec quisquam deinceps inde cecidit aut casurus est, ex quo deus *angelis peccantibus non pepercit* [3]), sicut scribit apostolus Petrus,
B *sed carceribus cali|ginis inferi retrudens tradidit in iudicio puniendos reservari?* Quomodo autem se habeat beatissima illa [4]) et superna societas, quae ibi sint differentiae praepositurarum, ut cum omnes tamquam generali nomine angeli nuncupentur, (sicut in epistula ad Hebraeos legimus: *Cui enim angelorum* [5]) *dixit aliquando: sede a dextris meis?* hoc quippe modo significavit omnes universaliter angelos dici), sint tamen illic archangeli, et

---

legitur *ipse in omnibus*. 22) Ioann. 2, 19. 23) *resuscitabo* Mbcdehi, *reaedificabo* vet. ed.

Cap. XX. 1) *summae illius trinitatis* vet. ed. Tum *universa*[lis] Mf, *universalis* Mg. Statim *quae in caelis est et in terra* vet. ed. 2) *Sed illa* vet. ed., *adfirmare* Ma. Dein *possimus* Mbc et vet. ed. Paulo post *deinceps de illa cecidit* Ma, *de illa deinceps cecidit* Mg, *deinceps cecidit* etiam vet. ed., *cadit* Mdei et inter lin. a r. m. Mc. 3) 2. Petr. 2, 4. Tum *scripsit* Mbc et vet. ed. Deest *caliginis* in Md, *retrudens* in Mf; *tradi iudicium* (sic) habet Mg. Scribendum igitur erat *tradidit in iudicium* (εἰς κρίσιν, ut in Graeco est). Dein *servari* reperitur in Mfghi. 4) *illa beatissima* Mh. Tum *ibi sunt* Mdei, *praepositurarum* cum vet. ed. et Maur. item exhibent codd. Mbcdfh, ceteri dant *personarum*. In seqq. *epistula* pr. Mb. Vid. Hebr. 1, 13. 5) Excidit h. v. in Mf. Ante *dixit* Mag inserunt *deus*, quod Mf post *aliquando* addit. Mox *signi-*

utrum idem archangeli appellentur virtutes, atque ita dictum
C sit [6]): | *Laudate eum* [7]) *omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius*, ac si diceretur [8]): Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes archangeli eius [9]); et quid inter se distent quattuor illa vocabula, quibus universam ipsam caelestem societatem videtur apostolus esse conplexus dicendo: *Sive sedes, sive dominationes, sive principatus, sive potestates*, dicant qui possunt, si tamen possunt probare quod dicunt; ego me ista ignorare confiteor. Sed ne [10]) illud quidem certum habeo, utrum
D | ad eandem societatem pertineant sol et luna et cuncta sidera, quamvis nonnullis lucida esse corpora, non cum sensu vel cum intellegentia, videantur. Itemque angeli quis explicet cum qualibus corporibus adparuerint [11]) hominibus, ut non solum cernerentur, verum etiam tange-

---

ficans vet. ed., mendose *hinc illic tamen* Mi et *illi tamen* Md, *illic tamen* Mbcefh et vet. ed. Verba seqq.: *et utrum idem archangeli* om. eadem ed., pro *iidem* codd. omnes exhibent *idem*. Cf. *Wagner*. Orthogr. Vergil. p. 443. Loco verbi *appellentur* Mag scribunt *nominentur*. 6) Psalm. 148, 2. 7) *eum* abest a Mç, proxime *eius* in Md deletum. 8) *diceret* Mf. 9) Utroque hoc loco pronomen *eius* om. Madf, altero Mbceg et vet. ed. Dein Mg habet *distarent* non praemisso *quid*. Scripturam *quattuor* (duplicata littera *t*), de qua vid. *Wagner*. de Orthograph. Vergil. p. 467, recepi ex antiquissimis codd. Mabc, ut infra cap. XXXII., ubi vid. not. 5. Subinde vet. ed. habet *societatem caelestem, conplexus* pro vulgat. *complexus* praebuerunt Mabg. Ceterum vid. Coloss. 1, 16. Infra vet. ed. exhibet *profiteor*. 10) *ne*^{c} Mf, *nec* Mag; tum *certum quidam* perperam vet. ed., deinde *candem* pro *eandem* recte codd. cum vet. ed. Et ita constanter scribitur in Virgilii codice Mediceo. Vid. *Wagner*. l. c. p. 453. Paulo post suaviorem verborum ordinem *esse corpora* pro vulgato *corpora esse* praestant codd. omnes, a quibus non discrepat vet. ed. 11) Ita Ma (vulg. *apparuerint*). Vid. ad cap. XI. not. 7. Statim vet. ed. exhibet *ita ut* — — *rursus*

rentur; et rursus non solida corpulentia, sed spiritali
potentia quasdam visiones, non oculis corporeis, sed spi-
ritalibus, vel mentibus ingerant, vel dicant aliquid non
E ad aurem forinsecus, sed intus in animo hominis, | etiam
ipsi ibidem constituti, sicut scriptum est in prophetarum
libro [12]: *Et dixit mihi angelus, qui loquebatur in me;*
non enim ait [13], qui loquebatur ad me, sed in me; vel
adpareant [14] et in somnis et conloquantur more somnio-
rum: habemus quippe in evangelio [15]: *Ecce angelus
domini adparuit* [16] *illi in somnis, dicens.* His enim
modis velut indicant se angeli contrectabilia corpora non
habere; faciuntque difficillimam quaestionem, quomodo
F patres eis pedes laverint [17], quomodo Iacob cum an|gelo
tam solida contrectatione luctatus sit. Cum ista quae-
runtur, et ea sicut potest, quisque coniectat [18], non in-
utiliter exercentur ingenia, si adhibeatur disceptatio mo-
derata, et absit error opinantium se scire quod nesciunt.

---

quomodo — — spirituali — — non oculis corporeis (ita e codd. meis solus Mb, ceteri *oculis corporis*), *sed spiritualibus mentibus vel ingerant* (*inferant* Mh). Subinde *et scriptum est* Mei. Praepositionem ante *aurem* om. Mf. Tum *in animo* dant Mag, *animae* cum vet. ed. codd. rell. Mox Mf om. *est*. 12) Zach. 1, 9. 13) *non ait enim* exhibent Mde. Quod sequitur *qui* deest in Mh. Verba: *non enim ait — sed in me*, exciderunt in Mi. Eadem absunt praeter *sed in me* a vet. ed. 14) *vel quomodo appareant* habet vet. ed. *Adpareant* h. l. sponte scripsi. Cf. supra not. 11. Seq. *et* om. Mdefgi. Tum *sompnis* moxque *sompniorum* est in Mi et in vet. ed. Proxime autem *somnis* dat Mi, *sompnis* vet. ed.; *conloquantur* pro *colloquantur* receptum e codd. Mabcf. 15) Matth. 1, 20. 16) Cf. not. 11 et 14. 17) *eis patres pedes* vet. ed., *pedes eis* Mf, *laverint pedes* Mdei. Statim *tamquam solida* Mh, *contractione* Mg et vet. ed. 18) *sicut quisque potest, coniectat,* tum *exercent* Mg. Mox *et* si *absit* Mf. Dein *error* excidit in Mh.

Quid enim [19]) opus est, ut haec atque huiusmodi affirmentur vel negentur vel definiantur cum discrimine, quando sine crimine nesciuntur?

16. Magis opus est diiudicare atque dinoscere [20]),
6 cum se satanas transfigurat velut in angelum lucis, ne fallendo ad aliqua perniciosa seducat. Nam quando sensus corporis fallit, mentem vero non movet a vera rectaque sententia, qua [21]) quisque vitam fidelem gerit, nullum est
219 A in | religione periculum; vel cum se bonum fingens, ea facit sive dicit, quae bonis angelis congruunt, etiam si credatur bonus, non est error Christianae fidei periculosus aut morbidus. Cum vero [22]) per haec aliena ad sua incipit ducere tunc eum dinoscere, nec ire post eum, magna et necessaria vigilantia est. Sed quotusquisque [23]) hominum idoneus est omnes mortiferos dolos eius evadere, nisi regat atque tueatur deus? Et ipsa huius rei diffi-
B cultas ad hoc est utilis [24]), ne sit spes sibi quisque, | aut homo alter alteri, sed deus suis omnibus. Id [25]) enim nobis potius expedire prorsus piorum ambigit nemo.

---

19) *enim* om. Mg. Tum *adfirmentur* Ma. 20) Ita octo codd. et vet. ed., *dignoscere* pr. Mi c. vulg. libris. 21) *quia* Mc, *qua* e corr. Mb. Dein *fidelem vitam* Mi. Mox *et* pro *vel* Mf. 22) *Cum ergo* vet. ed. Proxime *dicere* (*vel ducere*) Mf. Tum *dinoscere* octo codd. et a sec. m. Mi, congruente vet. ed. ut supra. Statim *et* abest a Mbc.

23) *quod unus quisque* Ma, *quod quisque* Mc et pr. Md, *quom* (*m* a s. m. in ras. notat.) *quisque* Mb, qui *quotusquisque* a pr. m. videtur habuisse, *quis* Mfi et a s. m. Me. Voc. *hominum* om. Mh. Ante *est* Md infercit *non*, quod r. m. superscripsit in Ma. Deinde *dolos eius* inverso ordine una cum vet. ed. exhibent codd. omnes, quos secutus sum. Post *nisi* corr. m. supra addidit *eum* in Mb, *tueatur atque regat* legitur in Mh, *teneatur* in Mg. 24) *utilis est* Mh. Tum *sibi spes* Megi. 25) *Quod* vet. ed.

CAPUT XXI.

Ecclesia in angelis et in hominibus. Quomodo redemptio spectet etiam ad angelos? Qualis et quanta sit pax regni caelestis?

Haec ergo [1], quae in sanctis angelis et virtutibus dei est Ecclesia, tunc nobis, sicuti est, innotescet, cum ei coniuncti fuerimus in finem, ad simul habendam beatitudinem sempiternam. Ista vero, quae ab illa peregrinatur in terris, eo nobis notior est, quod in illa sumus, et quia hominum est, quod et nos sumus. Haec [2] sanguine mediatoris nullum habentis peccatum ab omni re-
C |dempta est peccato eiusque vox est [3]: *Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio proprio* [4] *non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Non enim pro angelis mortuus est Christus. Sed [5] ideo etiam pro angelis fit, quidquid hominum per eius mortem redimitur et liberatur a malo, quoniam cum eis quodammodo redit in gratiam post inimicitias, quas inter homines et sanctos angelos peccata fecerunt, et ex ipsa hominum redemptione ruinae illius angelicae detrimenta reparantur.

D Et | utique noverunt angeli sancti docti de deo, cuius veritatis aeterna contemplatione beati sunt, quanti numeri supplementum de genere humano integritas illius civitatis

---

Cap. XXI. 1) *enim* Mf. Proxime v. *est* om. Md; ante *Ecclesia* Mf habet *sancta*, quod merum glossema est. Tum *vel tunc* vet. ed. Subinde Mf *sicut* moxque *in fine* cum Mh et vet. ed., *in fide* Mc. 2) *et haec* vet. ed. Tum idem liber *nullum peccatum habens.* Statim *est redempta* octo codd., Mi om. *est.* Pro *eiusque* Mch scribunt *eius*, Mf supra addit *que*, vet. ed. habet *cuius vox ista est.* 3) Rom. 8, 31—32. 4) *filio suo proprio* Mag et vet. ed., *proprio filio suo* Mfh, *nobis* om. vet. ed., *eum* pro *illum* scribunt Mabce. 5) *Sed et* Mdf. Dein *quicquid* Mabcg et vet. ed., *quisquis* Mdefi.

exspectet. Propter hoc ait apostolus [6]) *instaurari omnia in Christo, quae in caelis sunt et quae in terris, in ipso.* Instaurantur [7]) quippe, quae in caelis sunt, cum id quod inde in angelis lapsum est, ex hominibus redditur; instaurantur autem, quae in terris sunt, cum ipsi homines, qui praedestinati sunt ad aeternam vitam, a corruptionis
E vetustate renovantur. Ac sic per il|lud singulare sacrificium, in quo mediator est immolatus, quod unum multae in lege [8]) victimae figurabant, pacificantur caelestia cum terrestribus et terrestria cum caelestibus. Quoniam [9]) sicut idem apostolus dicit: *In ipso conplacuit* [10]) *omnem plenitudinem inhabitare, et per eum reconciliari omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, sive quae in terris sunt, sive quae in caelis. Pax* ista *praecellit,*
F sicut scriptum est [11]), *omnem intellectum,* neque | sciri a nobis, nisi cum ad ea venerimus, potest. Quomodo enim pacificantur caelestia, nisi nobis [12]), id est, concordando nobiscum? Nam ibi semper [13]) est pax, et inter se uni-

---

6) Ephes. 1, 10. 7) *in xpo instaurantur* pro *in ipso. Instaur.* habet vet. ed. Paulo post *instaurantur* absque *autem* id. lib. Tum *quae in caelis et quae in terris sunt* Md. Mox *in aeternam vitam* Mbcdehi et vet. ed., *in vitam aeternam* Mf. Tum *a corruptione vetusta* (vera lectione superscripta) idem liber. 8) *in lege multae* Mg. 9) Additur *autem* in Mh. Dein *dicit apostolus* Mf. Vid. Coloss. 1, 19 et 20. 10) Ita sex codd. Post *plenitudinem* (Mi habet *pulchritudem*) in Mf alt. m. superscripsit *divinitatis*, quod a ceteris codd. abest. Tum *in ipsum* Mf. Infra *sive quae in caelis sunt, sive quae in terris* Maegi, *sunt* om. Mc et vet. ed., *in caelis sunt* est in Md. 11) *dictum est* vet. ed. Vid. Philipp. 4, 7. Statim *nec* pro *neque* Mf. Mox *ad eam* pro *ad ea* recepi e sex codd., *ad eandem* dant Mag. 12) *in nobis* exhibent Madefgi et edd. Maur. antecedentes excepta vetere Norimbergensi, Mbch concordant cum Benedictinorum codd., a quibus praepositio abest. 13) *semper ibi*

versis intellectualibus creaturis, et cum suo creatore.
Quae *pax praecellit*, ut dictum est [14]) *omnem intellectum;*
sed utique nostrum, non eorum, qui semper vident faciem
patris. Nos autem quantuscumque sit in nobis intellectus
humanus, ex parte scimus, et videmus nunc per specu-
lum [15]) in aenigmate; cum vero aequales angelis dei
G fuerimus, tunc quemadmodum et ipsi, | videbimus facie ad
faciem, tantamque pacem habebimus erga eos, quantam
et ipsi erga nos, quia tantum eos dilecturi sumus, quan-
220 A tum ab eis | diligimur. Itaque pax [16]) eorum nota nobis
erit, quia et nostra talis ac tanta erit, nec praecellet
tunc intellectum nostrum; dei vero pax, quae illic est
erga eos, et nostrum et illorum intellectum sine dubita-
tione praecellit. De ipso quippe beata est [17]) rationalis
creatura, quaecumque beata est, non ipse de illa. Unde
secundum hoc melius accipitur quod scriptum est: *Pax
dei quae praecellit* [18]) *omnem intellectum,* ut in eo quod
dixit *omnem*, nec ipse intellectus sanctorum angelorum
esse possit exceptus, sed dei solius; neque enim et ipsius
B | intellectum pax eius excellit.

Mi, *pax est* Mh, *est* om. Md et *suo* ante *creatore* Mc. 14) *Quae praecellit* vet. ed., *quae pax, ut dictum est, praecellit* Mi. 15) *per specula* Mc. In seqq. *et* ante *ipsi* om. Mbcdei et vet. ed. Mox pro *erga eos* vet. ed. habet *erga illos*. 16) *et pax* Mf. Tum *erit nobis* Mg. Ante *nostra* vet. ed. om. *et*. Pro *ac tanta* Mg habet *et tanta*. Mox *nec tunc praecellit* Mf, *praecellit* item Mcdeghi, *tunc* om. vet. ed. Post *illic est* in Mg scribitur *erit apud nos*. Deinde vet. ed. exhibet *sine ulla dubitatione* et pro vulgato *praecellet* cum codd. Mbcdefhi *praecellit*, quod recipiendum putavi. 17) *est beata* Megi. 18) *praecellet* Mag. In seqq. *possit esse* Megi, *exemplus* Mg, *exemtus* Ma, *acceptus* Mi.

CAPUT XXII.

Quaelibet crimina in ecclesia remitti per paenitentiam, nulla extra illam.

17. Concordant autem nobiscum angeli etiam nunc, cum remittuntur nostra peccata [1]). Ideo post commemorationem sanctae Ecclesiae in ordine confessionis ponitur remissio peccatorum. Per hanc enim stat Ecclesia, quae in terris est; per hanc non perit, quod perierat et inventum est [2]). Excepto quippe baptismatis munere, quod contra originale [3]) peccatum donatum est, ut quod generatione attractum est, regeneratione detra-
c hatur; et tamen activa quoque peccata, quaecumque corde, ore, opere commissa invenerit, tollit: hac ergo excepta magna indulgentia, unde incipit hominis renovatio, in qua solvitur omnis reatus et ingeneratus et additus; ipsa etiam vita cetera iam ratione utentis aetatis, quantalibet praepolleat fecunditate iustitiae, sine peccatorum remissione non agitur. Quoniam filii dei quamdiu mortaliter vivunt, cum morte confligunt. Et quamvis de illis sit veraciter dictum [4]):

Cap. XXII. 1) *peccata nostra* Mc. 2) *Per hanc enim non perierat nichil; sed quod perierat inventum est. Per hanc stat ecclesia quae in terris est* exhibet Mf. — *per hanc enim non perit* Mg. Tum *et est inventum et accepto quippe* vet. ed. 3) *peccatum originale* Mabcg c. vet. ed., *peccatum originaliter* Mh, *datum est* Mg. Deinde *attractum* pro *adtractum* recte Mcdefg et vet. ed., cum *d* ante *t* mutari soleat in *t*. Vid. ad Paulin. de vita S. Ambrosii p. 232. Pro *detrahatur* Mdefi scribunt *solvatur*, *salvatur* habet vet. ed. Paulo post *ore, corde* habet Mg. Tum *accepta* pro *excepta* vet. ed., *magna* om. Mh. In seqq. *abditus* (superscr. *vel addictus*) est in Mf, *addictus* in Mag, *redditus* in vet. ed. Mox *iam* om. Mg. *Polleat* habet vet. ed. Deinde *sine remissione peccatorum* ponit Mf. 4) Rom. 8, 14.

D *Quot|quot spiritu dei aguntur, hi filii sunt dei* [5]): sic
tamen spiritu dei excitantur, et tamquam filii dei proficiunt
ad deum, ut etiam spiritu suo [6]), maxime adgravante corruptibili corpore, tamquam filii hominum quibusdam humanis motibus deficiant ad se ipsos, et ideo peccent.
Interest quidem quantum [7]); neque enim quia peccatum
est omne crimen, ideo crimen est etiam omne peccatum.
Itaque sanctorum hominum vitam, quamdiu in hac mortali [8])
E vivitur, inveniri posse dicimus sine | crimine: *Peccatum
autem si dixerimus quia non habemus*, ait [9]) tantus
apostolus, *nos ipsos seducimus, et veritas in nobis
non est.*

Sed neque de ipsis criminibus quamlibet magnis remittendis in sancta Ecclesia, dei misericordia desperanda est agentibus paenitentiam secundum modum sui cuiusque peccati. In actione autem [10]) paenitentiae, ubi tale commissum est, ut is qui commisit a Christi etiam corpore

---

5) *sunt filii dei* Mdei, *filii dei sunt* Mg. 6) *sancto* pro *suo* Mh. Post *maxime* in Mdefi et vet. ed. additur *eum*. Pro *aggravante* receptum *adgravante* ex Magh, *corpore corruptibili* dat vet. ed. Respexit Noster librum Sapient. 9, 15. Statim *filii hominis in quibusdam* exhibent et Maurinorum et mei libri ad unum omnes una cum vet. ed. 7) *autem* pro *quidem* est in vet. ed., ad *quantum* codd. Mdefi addunt *satis dicitur*, quod glossam sapit. 8) *in hac morte*, ut editi, octo codd., *in hac mortalitate morte* (sic) Mh. Recte Maurini ex suis libris ediderunt *in hac mortali* (sc. *vita*). 9) Vulg. *ut ait*, codd. autem omnes *ut* omittunt. Tum *sanctus apostolus* dant Mag et vet. ed., *tantus* (superscr. *vel sanctus*) habet Mf, *tantus ille sanctus ap.* Mh, *iohannes apostolus* scribunt Mbc. Bene Maurini: „Editi *sanctus apostolus*. Sed. Mss. aptius ad rem cum emphasi confirmandam *tantus apostolus*.“ Vid. 1. Ioann. 1, 18. — *nos ipsos* (vulg. *nosmetipsos*) praebuerunt codd. omnes et vet. ed. Pro *seducimus* in vet. ed. legitur *decipimus*. 10) *autem* om. vet. ed. Paulo post *corpore etiam separaretur* scribit Mh. *Sepa-*

separetur, non tam consideranda est mensura temporis,
F quam doloris. *Cor enim* | *contritum et humiliatum deus non spernit* [11]). Verum quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri, nec [12]) in aliorum notitiam per verba vel quaecumque alia signa procedit; cum sit coram illo, cui dicitur [13]): *Gemitus meus a te non est absconditus* [14]): recte constituuntur ab his, qui Ecclesiis praesunt, tempora paenitentiae, ut fiat satis etiam Ecclesiae, in qua remittuntur ipsa peccata; extra eam quippe non remittuntur. Ipsa namque [15]) proprie spiritum sanctum
G pignus accepit, sine quo | non remittuntur ulla peccata, ita ut quibus remittuntur [16]) vitam consequantur aeternam.

Magis enim propter futurum iudicium fit remissio
221 A | peccatorum. In hac autem vita [17]) usque adeo valet quod scriptum est: *Grave iugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum usque ad diem sepulturae in matrem* [18]) *omnium,* ut etiam parvulos videamus post lavacrum regenerationis diversorum malorum

---

raretur, quod recepi pro vulgato *separetur*, item exhibet vet. ed. 11) Psalm. 50, 19. 12) Ita codd. omnes, vulg. *neque*. 13) Psalm. 37, 10. 14) *non est absconditus a te* Mbcfh et vet. ed. Dein pro *ab iis* octo codd. recte *ab his* (*ab hiis* Mi et vet. ed.). Vid. ad cap. IV. not. 2. Inverso verborum ordine Mag habent *praesunt ecclesiis*, Mhi *ecclesiae praesunt*, ut libri ante Maur. editi excepto vetere illo, in quo est *ecclesiis praesunt*. 15) *Ipsa enim* Mcg et a m. pr. Ma. Deest *proprie* in septem codd. Tum *sanctum spiritum* habet Mh, *spiritus sancti* vet. ed. 16) *dimittuntur* Ma, *dimittantur* Mg. Mutavi deinde vulgatum verborum ordinem: *consequantur vitam aeternam*, suadentibus octo libris Mss.; *vitam aeternam consequantur* scribit Mg, in vet. autem ed. legitur: *quibus remittuntur illa peccata vitam consequantur aeternam*. 17) *In hac itaque vita* vet. ed. Ceterum vid. Ecclesiast. 40, 1. 18) *in matrem* om. Md. Paulo post *adflictione* pro *afflict.* receptum ex

adflictione cruciari, ut intellegamus totum quod salutaribus agitur sacramentis magis ad spem venturorum bonorum, quam ad retentionem vel adeptionem praesentium pertinere. Multa etiam hic videntur ignosci [19]) et nullis
B sup|pliciis vindicari; sed eorum paenae reservantur in posterum.

Neque enim frustra ille proprie dicitur [20]) dies iudicii, quando venturus est iudex vivorum atque mortuorum. Sicut e contrario vindicantur hic [21]) aliqua et tamen si remittuntur, profecto in futuro saeculo non nocebunt. Propterea de quibusdam temporalibus paenis, quae in hac vita peccantibus inrogantur [22]), eis, quorum peccata delentur, ne reserventur in finem, ait apostolus [23]): *Si enim*
C *nos ipsos* [24]) *iudicaremus, a domino non iudicare|mur; cum iudicamur autem a domino, corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.*

Ma. Male *curari* Mc et pr., ut videtur, Mb, cum v. *cruciari* ex corr. in ras. habeat; *intellegamus* scripsi cum Mabc. Pro *venturorum* est *futurorum* in Mgi et supra lin. a sec. m. in Mb. Dein *ad redemptionem* (ita et Mf inter vers.) et c. vet. ed. *adoptionem* Ma. 19) *agnosci* Mc et pr. Mb. Tum *reserventur* Mh. 20) *proprie ille dicitur* Mf, *proprie dicitur ille* vet. ed., *dic. ille proprie* Mg. Idem liber deinde *est* om. et pro *atque mortuorum* scribit *et mortuorum*, quod reperitur etiam in vet. ed. 21) *vel hic sic* Mf. 22) Ita Mabch, vulg. *irrogantur*. Dein *eis scilicet* vet. ed. Mox *ne serventur* octo codd. 23) 1. Cor. 11, 31—32. 24) *nosmet ipsos* Ma. Subinde *non utique iudicaremur* vet. ed. Infra *cum mundo* Mbcd, *cum ipso mundo* Mh, *dampnemur* Mefghi.

CAPUT XXIII.

Fidem sine operibus neminem salvare. Quomodo intelligendus sit apostoli locus de salvandis per ignem. Et an sit quidam post hanc vitam ignis purgatorius?

18. Creduntur [1] a quibusdam etiam hi, qui nomen Christi non relinquunt, et eius lavacro in Ecclesia baptizantur, nec ab ea ullo schismate vel haeresi praeciduntur, in quantislibet sceleribus vivant, quae nec diluant paenitendo, nec eleemosynis redimant, sed in eis usque ad huius vitae ultimum diem pertinacissime perseverent, salvi
D futuri per ignem, licet pro magni|tudine facinorum flagitiorumque diuturno, non tamen aeterno igne puniri. Sed qui hoc credunt, et tamen catholici [2]) sunt, humana quadam benivolentia mihi falli videntur. Nam scriptura divina aliud consulta respondet [3]). Librum autem [4]) de hac quaestione conscripsi, cuius titulus est, *de fide et operibus*, ubi secundum scripturas sanctas quantum deo ad-

---

Cap. XXIII. 1) Omisi *autem*, quod vulgo additur, praeeuntibus libris Mss. omnibus vetereque ed. Tum *hi* pro *ii* praebuerunt codd. Mbcdfgh, *hii* est in Mei, in vet. ed. et a m. pr. in Ma. Pro *ab ea* Md scribit *ab illa* et ordine mutato *praeciduntur vel haeresi* Mg. *Praeciduntur* in Mb enatum est e *praecidantur*, quod exstat in Mc. Statim *diluunt* exhibent Mdf, *redimunt* Md, *perseverant* c. vet. ed. Mdgi permutatione frequentissima. Post *ultimum* Mg om. *diem*. Pro *licet* in Mbc reperitur *et*. Tum *per magnitudinem* in Mf, *flagitiorum facinorumque* in Mh, *igni* dant Mdh et cum Mbcefg atque vet. ed. *puniri*, ex quo in Me r. m. effinxit *punituri*, quod habet etiam Mi, ut nonnulli codices Maurinorum, qui adnotant: „Forte reponendum *puniti* vel *puniendi*.“ 2) *katholici*. De usu litterae *k* pro *c* multi multa scripserunt. Cf. *Wagner*. Orthogr. Vergil. p. 444. Dein *benivolentia* (vulg. *benevolentia*) praestant septem codd., e corr. Ma et vet. ed. 3) *respondit* Macf et a m. pr. Mb. Conspirat vet. ed. 4) *etiam* pro *autem* Mf. In seqq. *scripturas sacras* Mg.

iuvante potui, demonstravi, eam fidem salvos facere, quam satis evidenter expressit Paulus apostolus dicens [5]): *In*
E *Christo enim* [6]) *Iesu ne|que circumcisio quicquam valet, neque praeputium, sed fides, quae per dilectionem operatur.* Si autem male et [7]) non bene operatur, procul dubio, secundum apostolum Iacobum [8]), *mortua est in semet ipsa.* Qui rursus ait [9]): *Si fidem dicat se quis* [10]) *habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides salvare eum?* Porro autem si homo sceleratus propter solam fidem [11]) per ignem salvabitur, et sic est accipiendum quod ait beatus Paulus [12]): *Ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem:* poterit ergo salvare sine
F operibus fides, | et falsum erit, quod dixit eius coapostolus Iacobus. Falsum erit [13]) et illud, quod idem ipse Paulus dixit: *Nolite,* inquit, *errare; neque fornicatores* [14]), *neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque*

5) Gal. 5, 6. 6) *enim* om. Mg. Pro *quidquam* Mbcdeg, e corr. Maf itemque vet. ed. recte *quicquam* (vid. *Wagner.* l. c. p. 459), *aliquid* scribit Mh. Abest verb. *valet* a Mg. 7) *et* om. Mbcde atque vet. ed. Verba *operatur* — *non bene* desunt in Mh. Dein *Iacobum apostolum* habet Mi. 8) Iacob. 2, 17. 9) *ait dicens* vet. ed. Vid. ibid. v. 14. 10) *dicat quis se* Mcf, *quis dicat se* Mdehi, *dicat se quisque* Mg. Tum *fides poterit* Mcg. 11) *solam fidem* scripsi cum Mbcdefhi et vet. ed. Legitur vulgo *fidem solam.* Dein *salvatur* c. vet. ed. habet Mh et a m. pr. Mb. Mox *est* om. Mc. Tum *beatus* (*apostolus*) *Paulus* dat Mf, *beat. apostolus Paulus* Mg. Sed v. *apostolus* glossam redolet. 12) 1. Cor. 3, 15. In seqq. vet. ed. habet *quod dicit coapostolus eius.* 13) Omittitur *erit* in Md. Tum *ipse* om. vet. ed. Ante *Paulus* Mg et vet. ed. inserunt *apostolus, ait Paulus* habet Mf, sex autem codd. om. *dixit.* Vid. 1. Cor. 6, 9. 14) *fornicarii* Mf. In seqq. *concubitores masculorum* habet vet. ed.; quod sequitur *neque fures* om. Mg. Idem liber et Ma scribunt

avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum dei possidebunt. Si enim etiam [15]) in istis perseverantes criminibus, tamen propter fidem Christi salvi erunt, quomodo in regno dei non erunt? Sed quia haec
G apostolica manifestissima [16]) et aper|tissima testimonia falsa esse non possunt, illud quod obscure dictum est de his, qui superaedificant super fundamentum, quod est Christus,
222 A non | aurum, argentum, lapides pretiosos, sed ligna, faenum, stipulam (de his enim dictum est, quod per ignem salvi erunt, quoniam fundamenti merito non peribunt) sic est intellegendum, ut his manifestis non inveniatur esse contrarium. Ligna quippe et [17]) faenum et stipula non absurde accipi possunt rerum saecularium, quamvis licite concessarum, tales cupiditates, ut amitti sine animi dolore non possint. Cum autem iste [18]) dolor urit, si Christus

---

neque maledici, neque ebriosi. 15) *etiam* deest in Mc; *in istis etiam* a m. pr. habebat Mf, correctoris autem manus deleta voce *etiam* ante *in istis* supra addidit *et*. Pro *istis* in Mg legitur *ipsis*, inverso ordine *criminibus perseverantes* in Mc. 16) *magnificentissima* (supra correcto *manifestissima*) Mf, *magnificentissima* item exhibet vet. ed., *et apertissima* om. Md. Mox pro *de iis* ex octo codd. restitui, ut passim, *de his*, cuius loco Mi et vet. ed. suo more habent *de hiis*. Tum *aedificant* est in Mbc, dein *supra fundamentum* in Mh. Paulo post *non argentum* dant Mbcg, in Me negationis particula erasa. Ante *lapides* sec. m. supra posuit *non*. Statim Md *lignum*, tum pro *foenum*, quod exstat in vulgat. libris, Mehi recte *fenum*, si originationem a *feo* respicias. Praetuli tamen *faenum*, quod exhibent ceteri codd. De qua scribendi ratione vid. *Wagner*. l. c. p. 437 v. *faenilia*. Deinde *ergo* pro *enim* scribit Mg. In seqq. *est intellegendum* (vulg. *intelligendum est*) praestant codd. omnes, *et* (pro *est*) *intellig.* dat vet. ed. Tum mutato verborum ordine Mf habet *contrarium esse*. 17) *et* om. Mhi et vet. ed., dein *non accipi absurde* ponitur in Mi, moxque *sine dolore non possint animi* in Ma, *non poss. sine dolore animi* in Mg. 18) *iste*

B in corde fundamenti habet locum, id | est, ut ei nihil anteponatur, et malit homo, qui tali dolore uritur, rebus, quas ita diligit, magis carere quam Christo, per ignem fit salvus. Si autem res eiusmodi [19]) temporales ac saeculares tempore temptationis maluerit tenere quam Christum, eum in fundamento non habuit, quia haec priore loco habuit, cum in aedificio prius non sit aliquid fundamento. Ignis enim, de quo eo loco est locutus [20]) apostolus, talis debet intellegi, ut ambo per eum transeant, id est, et qui aedificat super hoc fundamentum aurum, argentum,
C la|pides pretiosos; et qui aedificat ligna, faenum, stipulam. Cum enim hoc [21]) dixisset, adiunxit [22]): *Uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius* [23]) *opus permanserit, quod superaedificavit, mercedem accipiet. Si cuius autem opus* [24]) *exustum fuerit, damnum patietur; ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem.* Non ergo unius eorum, sed utriusque opus [25]) ignis pro-

---

om. Md. Infra adv. *magis*, quod cum vi additur, male abest a codd. Mdei, aberat etiam a Mf. 19) Ita octo codd. et vet. ed., vulg. *huiusmodi*. Dein *temptationis* pro *tentationis* codd. omnes congruente vet. ed. Paulo post *qui* pro *quia* Mcdei et pr. Mb, *et* Mg. Tum *priori* Megi et vet. ed. Infra *aliquid fundamentum* vet. ed. 20) *locutus est* Mei, *locutus* in Ma mutatum in *loquutus*. Ad v. *apostolus* Mg addit *Paulus*. Verba: *et qui aedificat — — lapides pretiosos* desiderantur in Md et in vet. ed. Omissa particula *et*, quae item abest a Mg, Mi habet *aedificant — lapidesque*, Ma *supra hoc fundamentum*. Ante *stipulam* praeeuntibus codd. Mbcdefghi omisi *et*, quo non opus est. 21) *Cum hoc enim* Mc. Dein *adiuncxit* pr. Mb. Cf. ad cap. XII. not. 13. 22) 1. Cor. 3, 13 seqq. 23) Additur *autem* in Mei. Tum *manserit* exhibet Mf, item vet. ed., deinde *supraaedificavit* Ma. 24) *Si* om. vet. ed., *autem opus* recepi e codd. Mbdefh et vet. ed. pro *opus autem*. Cf. *Sabatier*. ad apost. 1. Cor. 3, 15. Mg *autem* om., dein *sic tamen* in vet. ed. deest. 25) *opus utriusque* Mf.

babit. Est quidam [26]) ignis temptatio tribulationis, de
D quo aperte alio loco scriptum est [27]): *Vasa figuli probat fornax, et homines iustos temptatio tribulationis.* Iste ignis in hac interim vita facit, quod apostolus dixit [28]), si accidat duobus fidelibus, uni scilicet cogitanti, quae sunt dei, quomodo placeat deo, hoc est, aedificanti super Christum fundamentum, aurum, argentum, lapides pretiosos; alteri autem cogitanti ea, quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, id est, aedificanti super idem fundamentum ligna, faenum, stipulam. Illius enim opus non exuritur,
E quia non ea dilexit, quorum amissione crucietur; exuritur autem huius, quoniam [29]) sine dolore non pereunt, quae cum amore possessa sunt. Sed quoniam alterutra conditione [30]) proposita eis potius mallet carere, quam Christo, nec timore amittendi talia deserit Christum, quamvis doleat, cum amittit; *salvus est* quidem, *sic tamen quasi per ignem*, quia urit eum dolor rerum, quas dilexerat,

---

26) Ita Mdehi, ut Maurinorum codd., *quidem* ceteri quinque libri cum exemplaribus ante Maur. editis. Tum *alio loco aperte* Mg. 27) Eccles. 27, 6. Vet. ed. habet *tribulationis temptatio.* 28) *ait apostolus* Mg, *ait* pro *dixit* Mei. Octo codd. et vet. ed. *accidat*, ut exemplar. Maur., Mc cum edd. Lov. et Arn. *accedat.* Mox *sunt dei* (vulg. *dei sunt*) octo libri et vet. ed. Opponitur in seqq. *quae sunt mundi; dei* om. Md. Nomen *Christum* a m. pr. omissum ab al. in mg. suppletum habetur in Mh, *super xpi fundamentum* exstat in vet. ed., *super fundamentum Christi* dant Mag. Infra ante *fundamentum* in Md *idem* deest. 29) *qn* i. e. *quando* male Mi. 30) *condicione* Mbc et vet. ed. Cf. ad cap. XXXI. not. 2. Deest *eis* in Md. Tum *mallet carere* Macdfhi et vet. ed., *vellet carere* (ma) Me. Vulg. *carere mallet.* Adv. *potius* cum *malo* iunctum intendit, ut supra (cf. not. 18.) *magis.* Paulo post *dum amittit* exhibent Mag, tum *salvus erit* Mdei moxque pro *rerum dolor* codd. omnes et

amissarum; sed non subvertit, neque consumit fundamenti stabilitate atque incorruptione munitum. Tale aliquid etiam
F post hanc vitam [31]) fieri, | incredibile non est, et utrum ita sit, quaeri potest: et aut inveniri, aut latere, nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis minusve bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusque salvari; non tamen tales de quibus dictum est, quod *regnum dei non possidebunt*, nisi convenienter paenitentibus eadem crimina remittantur. Convenienter autem dixi, ut steriles in eleemosynis non sint, quibus tantum tribuit scriptura divina [32]), ut earum tantummodo fructum
G se | inputaturum praenuntiet dominus dextris, et earum tantummodo sterilitatem sinistris, quando his dicturus est [33]):
228 A *Venite benedicti patris mei, perci|pite regnum;* illis autem: *Ite in ignem aeternum.*

CAPUT XXIV.

Crimina eleemosynis nequaquam redimi, nisi vita mutetur. Eleemosynarum multas esse species, et eas interesse maximam, parcere inimicis.

19. Sane cavendum est, ne quisquam existimet infanda [1]) illa crimina, qualia qui agunt, regnum dei non

---

vet. ed. *dolor rerum.* In seqq. Mh scribit *fundamentum*, quod pr. habebat etiam Mg. 31) Alt. m. in Mb addidit *miseram.* Mox *sit ita* vet. ed. habet. Tum *et aut latere* idem liber. Infra *quemdam*, ut in ed. Maur.; item exstat in Mi et vet. ed., mendose *quondam* in Mh, recte *quendam* in ceteris omnibus. Pro *citiusque* ex codd. Mdefi recepi *citiusve.* Tum *de qualibus* dant Mcefh, nec insolita varietate *dimittantur* Mdei. 32) *tribuit divina scriptura* Mf, *scriptura tribuit divina* Mg et vet. ed. Deinde *inputaturum* pro *imput.* octo codd., *input. se* Mi. Abest *se* ab Mg. 33) Matth. 25, 34 et 41.

Cap. XXIV. 1) *infanda* (*ne* a r. m. superscr.) Mb, *nefanda*

possidebunt, cotidie perpetranda et eleemosynis cotidie redimenda. In melius est quippe [2]) vita mutanda, et per eleemosynas de peccatis praeteritis est propitiandus deus; non ad hoc emendus quodammodo, ut ea semper liceat inpune committere. *Nemini* enim [3]) *dedit laxamentum,*
B *peccandi*, quamvis miserando deleat iam | facta peccata, si non satisfactio congrua neglegatur. De cotidianis autem brevibus levibusque peccatis, sine quibus haec vita non ducitur, cotidiana oratio fidelium [4]) satisfacit. Eorum est enim [5]) dicere [6]): *Pater noster, qui es in caelis,* qui [7]) iam patri tali regenerati sunt ex aqua et spiritu. Delet omnino [8]) haec oratio minima et cotidiana peccata. Delet et illa, a quibus [9]) vita fidelium etiam scelerate gesta, sed paenitendo in melius mutata discedit, si quem-
C admodum veraciter dicitur [10]): *Dimit|te nobis debita nostra* [11]), quoniam non desunt [12]) quae dimittantur, ita

---

vet. ed. Tum nonnulli codd., ut passim, *cotidie,* alii *cottidie.* Dein *et cotidie eleemosynis redimenda* Mf, *et redim. eleemos. cottid.* Mg, *redim. cotid.* Ma. Adv. *cotidie* h. l. om. Mh. 2) Ita codd. omnes et vet. ed., *quippe est* ed. Maur. Proxime *est* in Mb erasum, *propitiandus est* scribit Mc, quocum facit vet. ed., *emendus deus* Mi, *quodammodo,* quod abest a vet. ed., non *quodam modo,* ut ed. Maur., exhibent codd. Tum *liceat semper* legitur in Mg, *inpune* (ita etiam Mabcdh) *liceat* in Mi. 3) *enim* om. Mc, *autem* scribit Mi. Statim *dedit deus* (v. *deus* a corr. m. adiecto) Mf, *concedit deus* Mb. Vid. Eccles. 15, 21. Dein *hominum peccata* Mf. 4) Ita codd. omnes, *fidel. oratio* ed. Maur. 5) *Eorum enim est* Mg. 6) Matth. 6, 9. 7) *quia* Mde. Pro *patri tali* Mh *tali patri,* Mb a sec. m. *patre* (ita et vet. ed.), Mg *taliter.* Dein *ex* om. Mf. Post *spiritu* Madefghi et vet. ed. ponunt *sancto,* quo opus non est. 8) Pro *omnino* Mb scribit *etiam.* Tum vet. ed. habet *haec oratio omnia peccata cottidiana;* partic. *et* om. Mcdhi. 9) Praepositio a Mf absest; superscripta legitur in Mc. Mox *commutata* exhibet vet. ed. Subinde idem liber *si quodammodo.* 10) Matth. 6, 19. 11) *nostra*

veraciter dicatur [13]): *Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris:* id est, si [14]) fiat quod dicitur, quia et ipsa eleemosyna est, veniam petenti homini ignoscere. Ac per hoc ad omnia quae utili misericordia fiunt, valet quod dominus ait [15]): *Date eleemosynam, et ecce* [16]) *omnia munda sunt vobis.* Non solum [17]) ergo qui dat esurienti cibum, sitienti potum, nudo vestimentum, peregrinanti hospitium, fugienti latibulum, aegroto vel incluso visita-
D tionem, | captivo redemptionem, debili subvectionem, caeco deductionem, tristi consolationem, non sano medelam, erranti viam, deliberanti consilium, et quod cuique necessarium est indigenti; verum etiam qui dat veniam peccanti, eleemosynam dat; et qui emendat verbere in quem potestas datur, vel coercet aliqua disciplina, et tamen peccatum eius, quo ab illo laesus aut offensus est, dimittit ex corde, vel orat, ut ei dimittatur, non solum
E in eo quod dimittit, atque orat, verum etiam | in eo quod corripit, et aliqua emendatoria paena plectit, eleemosynam dat, quia misericordiam praestat. Multa enim bona praestantur invitis, quando eorum consulitur [18]) utilitati, non

---

om. Me. 12) mendose *non sunt* Mi et *dimittuntur* Mh. 13) Matth. l. c. 14) *si* om. et Maurinorum et mei codd. cum edd. Amerb. Erasm. atque Dan., a quibus non discrepat vet. ed. Tum *fiet* exstat in Mh, *petitur* pro *dicitur* in vet. ed. 15) Luc. 11, 41. 16) *ecce* om. Mbc. 17) *solis* (immo *solus*) Mi, dein *autem* Mgi, ceteri c. vet. ed. *ergo*. In seqq. *aegro* quattuor codd. et vet. ed., *vel* om. Mh. Vocc. *captivo redemptionem*, omissa in Mc, Mb a corr. m. habet, *caeco deductionem, debili subvectionem* scribit Mh, *tristi consolationem, caeco deductionem* Mc, tum *deliranti consilium* Mg. Pro *quod cuique* Macg et a m. pr. Mb dant *quodcumque*, ut plures Maurinorum libri et vet. ed. Ante *qui emendat* om. *et* Mbc. Paulo post *in quo* habent Meg. Statim *vel* om. Mi. 18) *consulatur* Ma.

voluntati, quia ipsi sibi inveniuntur esse inimici, amici vero eorum potius illi quos inimicos putant; et reddunt errando mala pro bonis, cum reddere mala Christianus non debeat nec pro malis.

Multa itaque genera sunt [19]) eleemosynarum, quae cum facimus, adiuvamur, ut dimittantur nostra peccata;
F | sed ea nihil est maius, qua ex corde dimittimus quod in nos quisque peccavit. Minus enim magnum est erga eum esse benivolum [20]), sive etiam beneficum, qui tibi mali nihil fecerit; illud multo grandius et magnificentissimae bonitatis est, ut tuum quoque inimicum diligas, et ei, qui tibi malum vult, et si potest facit, tu bonum semper velis faciasque cum possis, audiens dicentem deum [21]): *Diligite inimicos vestros* [22]), *bene facite eis, qui vos*
G *oderunt, et orate pro eis, qui vos persecun|tur.* Sed

Mox *esse inveniuntur* Mbc, *esse* om. Mh et vet. ed. Pro *eorum* Madegi scribunt *illorum*, a Mi abest *illi*, cui additur *sunt* in vet. ed. In seqq. *nec* om. Mg. 19) *Multa enim* Mi, *sunt genera* Mag. Deinde *nobis nostra peccata* Ma, *nobis* pro *nostra* Mg, *nobis* (supra) *peccata nostra* Mf. Mox *quam si ex corde* vet. ed. 20) Ita octo codd., vet. ed. et e corr. Ma, qui a m. pr. habebat *benevolum*, ut vulgo legitur. Tum *nihil mali fecerit* Mbcdfg, *nil mali f.* Mei, *nihil malefecerit* Ma et vet. ed. Mox *magnificae* Me ex corr. (pr. *magnificentiae*, ut Md). In seqq. *tibi male vult* vet. ed. Tum *semper bonum velis* idem liber. Statim *cum possis* solus Mf, ceteri cum plerisque Maurinorum Mss. et vet. ed. *quod possis*. Tum *audies* Mdef; *dominum dicentem* Mf, *dominum* item Mdei, Mabcg et vet. ed. *Iesum*; Mh *dominum Iesum*. 21) Matth. 5, 44. 22) *inimicos vestros diligite* Mc. Tum *benefacite* iunctim Madei. Statim *pro his qui* Mf et *persecuntur* Mdefg et pr. Ma, *persecuuntur* (*c* e *q* per ras. enato) Mb, *persequuntur* (sic) Mch. Vid. *Wagner*. Orthogr. Vergil. p. 449 sq. et quae adnotavi ad Cyprian. de cathol. eccles. unitat. p. 48. Pro *persecuntur* in Mi perperam repetitur *oderunt*.

quoniam perfectorum sunt ista [23]) filiorum dei, quo qui-
224 A dem se debet omnis fidelis exten|dere, et humanum ani-
mum ad hunc affectum orando deum secumque agendo
luctandoque perducere, tamen quia hoc tam magnum bo-
num tantae multitudinis non est, quantam credimus ex-
audiri, cum in oratione dicitur [24]): *Dimitte nobis debita
nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;*
procul dubio verba sponsionis huius inplentur [25]), si homo
qui nondum ita profecit, ut iam diligat inimicum, tamen
quando rogatur ab homine, qui peccavit in eum, ut ei
B dimittat, dimittit ex cor|de, quia etiam sibi roganti utique
vult dimitti, cum orat et dicit: *Sicut et nos* [26]) *dimittimus
debitoribus nostris:* id est, sic dimitte [27]) debita nostra
rogantibus nobis, sicut et nos dimittimus rogantibus de-
bitoribus nostris.

Iam vero qui [28]) eum, in quem peccavit, hominem
rogat, si peccato suo movetur, ut roget, non est adhuc
deputandus inimicus, ut eum diligere sit difficile, sicut
difficile erat, quando inimicitias exercebat. Quisquis au-
C tem roganti et peccati sui paenitenti non [29]) ex cor|de

---

23) *Sed quia* Mh, tum *ista sunt* Mf. Mox *se* in Mh deest itemque *et humanum*. Deinde *orando dominum* habet vet. ed. In seqq. *non* ante *est* om. Mi, *quantum* male scribunt Mabc, *quando* (*quantum* a r. m. supra addito) Mh, *quantum* item reperitur in vet. ed. 24) Excidit v. *dicitur* in Md. 25) *adinplentur* Mi. Idem om. *qui* et pro *nondum*, ut Mde, habet *necdum*. Tum octo libri c. vet. ed. dant *proficit, etiam* pro *iam*, quod a Mf abest, Mbc et vet. ed. In seqq. *qui etiam* Mc c. vet. ed., *utique* in Mag ponitur post *vult*. 26) *nos* male abest a Mh. 27) *dimittet* Mh, *nobis debita nostra rogantibus* (*nobis* h. l. omisso) Mf. Dein *et* om. Mag, *rogantibus* deest in Mg. 28) *qui* om. Mhi. Mox *sit difficile diligere* scribit Mf. 29) *nec roganti* Mac (ita pr. etiam Mb, in quo sec. m. pro *ne* po-

dimittit, nullo modo existimet a domino sua peccata dimitti, quoniam mentiri veritas non potest. Quem vero lateat evangelii auditorem [30]) sive lectorem, quis dixerit [31]): *Ego sum veritas?* Qui cum docuisset orationem, hanc in ea positam sententiam vehementer commendavit, dicens [32]): *Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet* [33]) *et vobis pater vester caelestis peccata vestra. Si autem non dimiseritis* [34]) *hominibus, nec pater vester dimittet peccata vestra.* Ad tam magnum tonitruum, qui
D non ex|pergiscitur, non dormit, sed mortuus est; et tamen potens est ille etiam mortuos suscitare [35]).

20. Sane qui sceleratissime vivunt, nec curant talem vitam moresque corrigere, et inter ipsa facinora et flagitia sua eleemosynas frequentare non cessant, frustra ideo sibi [36]) blandiuntur, quoniam dominus ait [37]): *Date elee-*

---

suit *et*), *nec rog.*, *nec peccanti sive paenitenti* Mdefi, quod subsequitur *non* omittentes; *nec rog.*, *nec peccati sui paenit. non* Mh, *roganti et peccatum suum paenitenti* (sic) Mg. Veram tamen lectionem corr. m. supra addidit in Mf. *Non*, quod primo aberat in Mb, r. m. post *corde* superscripsit. Vet. ed. exhibet *nec roganti et peccanti sibi ex corde paenitenti non dim.* sive librarii cuiusdam, sive typothetae incuria, *dimittat* scribit Mh, *suo* pro *sua* Mf, dein *quia* pro *quoniam* legitur in vet. ed. et inverso ordine *veritas mentiri* in Mch. 30) *evangelii lateat auditorem* pro *lateat evangelii auditorem* recepi ex octo codd., quibuscum congruit vet. ed. Vocc. *sive lectorem* hic liber om. et pro *quis dixerit* habet *ille qui dixit.* 31) Ioann. 14, 6. 32) Matth. 6, 14. 33) *dimittit* Mg, a m. pr. Mbc et ex mutat. Md. Conspirat vet. ed. Quod sequitur *et* om. Mag, *caelestis* abest a Mc. Pro *peccata* Mcg habent *delicta.* In vet. ed. exstat *debita.* 34) *remiseritis* Mh. Tum *dimittit* Mcei, a corr. m. Mad et pr. Mb. Addunt *vobis* Mfgh. Ita Mb a r. m. inter lin. 35) *exsuscitare* Mh et vet. ed., *excitare* Mabdefgi. 36) *sibi ideo* c. vet. ed. codd. Mafg, tum *blandiantur* Mc. Statim qm̄ *quod* Mf. 37) Luc. 11, 41.

mosynam, et ecce[38]) *omnia munda sunt vobis.* Hoc enim quam late pateat non intellegunt[39]). Sed ut intellegant[40]), attendant quibus dixerit. Nempe in evangelio[41])
E sic scriptum est: *Cum loqueretur, rogavit illum*[42]) *quidam Pharisaeus ut pranderet apud se, et ingressus recubuit. Pharisaeus autem coepit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium? Et*[43]) *ait dominus ad illum: Nunc vos pharisaei, quod deforis*[44]) *est calicis et catini, mundatis; quod autem intus est vestrum, plenum est rapina et iniquitate. Stulti*[45]), *nonne qui fecit id quod deforis est, etiam id quod intus est fecit? Verumtamen*[46]) *quod superest, date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis.*
F Itane[47]) hoc intellecturi sumus, ut pharisaeis non habentibus fidem Christi, etiam si non in eum crediderint, nec renati fuerint ex aqua et spiritu, munda sint omnia, tantum si eleemosynas dederint, sicut isti eas dandas putant? cum sint inmundi omnes quos non mundat fides Christi, de qua scriptum est[48]): *Mundans fide corda earum;* et dicat apostolus[49]): *Inmundis*[50]) *autem et infidelibus*

---

38) *ecce* om. Mg, *munda sunt vobis omnia* dat vet. ed. 39) Ita pro *intelligunt* Mabcd. 40) *intellegant* iidem libri. Dein *attendant* c. vet. ed. codd. omnes excepto Ma, in quo est *adtendant*, ut in ed. Maur. Vid. ad cap. III. not. 14. 41) Luc. 11, 37 seqq.; *sic* om. Mag et vet. ed., *sicut* habent Mdef, tum *dictum est* Mag. 42) *eum* Mg. In seqq. vet. ed. habet *non ante prandium baptizatus* absque *esset.* 43) *Et* om. Mg. 44) *foris* Mdg. Ita infra Mabcg. Pro *catini* in vet. ed. est *crateris.* Post *intus* idem liber *est* om. 45) *O stulti* Mg. Tum *quod fecit* vet. ed. 46) *Veruntamen* Mch. 47) *Ita nec* Md. In seqq. post *spiritu* Mg et vet. ed. sine causa addunt *sancto.* Mox *sic isti* vet. ed., *sicuti* Mafg, absque voce *isti* Mag. Deinde *inmundi* pro vulgat. *immundi* exhibent octo codd. 48) Act. 15, 9. 49) *et apostolus dicit* vet. ed. Vid.

nihil est mundum, sed polluta sunt eorum et mens et conscientia. Quomodo ergo pharisaeis omnia munda essent,
C si eleemosynas da|rent et fideles non essent? Aut quomodo fideles essent, si in Christum credere atque in eius
225 A re|nasci gratia [51]) noluissent? Et tamen verum est, quod audierant [52]): *Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis.*

Qui enim [53]) vult ordinate dare eleemosynam, a se ipso debet incipere et eam sibi primum dare. Est enim eleemosyna opus misericordiae, verissimeque dictum est [54]): *Miserere animae tuae placens deo.* Propter hoc renascimur, ut deo placeamus, cui merito displicet quod nascendo contraximus. Haec est prima eleemosyna, quam
B nobis dedimus [55]), quoniam nos ipsos miseros per mi|serantis dei misericordiam requisivimus, iustum iudicium eius confitentes, quo miseri effecti sumus, de quo dicit apostolus [56]): *Iudicium quidem ex uno in condemnationem;* et magnae caritati [57]) eius gratias agentes, de qua idem ipse dicit gratiae praedicator [58]): *Commendat au-*

Tit. 1, 15. 50) Ita codd. omnes, *immundis* legitur in editis. Tum *polluta est eorum mens et conscientia* scribit Mi, *et* ante *mens* om. Mf et vet. ed. 51) Post *fideles essent* in vet. ed. legitur *et non in xpm crederent atque eius gratia renasci noluissent.* Abest *in* post *atque* etiam a Mb et *gratia renasci* item habet Mf. 52) *audierunt* pr. Mf, ut editi, e corr. *audierant* una cum ceteris libris Mss. et vet. ed. 53) Ita Maurinorum et mei codd., ita et vet. ed.; posteriore autem edd. *qui autem.* Tum *ordinate vult dare* Mi. Infra *primo dare* idem liber. 54) *verissime de qua d. e.* Mag. Vid. Eccles. 30, 24. 55) *quam si nobis dederimus* vet. ed. Dein qn i. e. *quando* Mi. Pro *per* — *misericordiam* vet. ed. *misericordia.* 56) Rom. 5, 16. 57) *karitati*, mox *karitatem*, *karitate* Mi. De qua scriptura supra monui ad cap. I. not. 1. 58) Rom. 5, 8.

tem[59]) *suam dilectionem deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est,* ut et nos veraciter de nostra miseria iudicantes, et deum caritate, quam donavit ipse, diligentes, pie recteque
C vivamus. | Quod iudicium et caritatem dei cum pharisaei praeterirent, decimabant tamen[60]) propter eleemosynas, quas faciebant, etiam quaeque minutissima fructuum suorum: et ideo non dabant eleemosynas a se incipientes secumque prius misericordiam facientes. Propter quem dilectionis ordinem dictum est[61]): *Diliges proximum tuum, tamquam*[62]) *te ipsum.* Cum ergo[63]) increpasset eos, quod forinsecus se lavabant, intus autem rapina et iniquitate pleni erant, admonens quadam eleemosyna, quam
D | sibi homo debet primitus dare, interiora mundari: *Verumtamen*[64]), inquit[65]), *quod superest, date eleemosynam*

---

59) *autem* om. Mg. Item *suam* Mh. Pro *dilectionem* Mbcdefh et vet. ed. exhibent *caritatem.* Ceterum Mf ordinem ita invertit: *deus caritatem suam in nobis.* Dein *adhuc cum* Mh et vet. ed., *passus* pro *mortuus* Mg, *ut* om. Mdei, *ut et* habet Mf. Tum *deum caritate* (male *deum caritatem* vet. ed.) recte scribunt Mcdefh et a m. pr. Mb, *dominum karitate* exstat in Mi, *dei caritatem,* ut in edd. Maurinam antecedentibus, in codd. Mag eademque lectio ab sec. m. illata est in librum Mb. Verb. *vivamus* om. Mi. 60) *tamen* abest a Mgi. Pro *quaeque* Macgh et a m. pr. Mb habent *quaecumque.* Ita et vet. ed. Dein *eleemosynam* Mcdehi. Statim *a se ipsis* dat Mg, *ipsis* in Mf supra adiectum est. Ante *facientes* vet. ed. e praecedentibus infert *fructuum suorum,* post vero in Mafg adduntur haec verba: *sicut isti eas dandas putant* (*put. dandas* Mg), quae ex capite 20. irrepserunt. 61) Luc. 10, 27. 62) *sicut* Madgi et *temet ipsum* Mg. 63) *enim* Mg. Paulo post *pleni sunt* Mi. Vitiose deinde *quandam eleemosynam* Macgh et pr. Mb, *quam eleemosynam* Mdefi, *quadam* tamen *eleemosyna* e corr. r. m. Mb. Inverso ordine *sibi debet homo* Mdei. Mox *et interiora* Mafg, tum *mundare* Megi. 64) *Veruntamen* Megh. 65) Luc. 11, 41. Subinde

et ecce omnia munda sunt vobis. Deinde ut ostenderet, quid admonuisset, et [66]) quid ipsi facere non curarent, ne illum putarent eorum eleemosynas ignorare: *Sed vae vobis*, inquit, *pharisaeis*, tamquam diceret: Ego quidem commonui vos eleemosynam dandam [67]), per quam vobis munda sint omnia; *sed vae vobis, qui* [68]) *decimatis mentam et rutam et omne holus;* has enim novi elee-
x mosynas | vestras, ne de illis me nunc vos [69]) admonuisse arbitremini; *et praeteritis iudicium et caritatem dei;* qua eleemosyna possetis [70]) ab omni inquinamento interiori mundari, ut vobis munda essent et corpora, quae lavatis: hoc est enim *omnia*, et interiora scilicet et exteriora, sicut alibi legitur [71]): *Mundate quae intus sunt, et quae foris sunt munda erunt.* Sed ne istas eleemosynas, quae fiunt de fructibus terrae, respuisse videretur: *Haec*, inquit [72]), *oportuit facere*, id est, iudicium et ca-
y ritatem dei; et *illa non* | *omittere*, id est, eleemosynas fructuum terrenorum.

Non ergo se fallant, qui per eleemosynas quaslibet largissimas fructuum suorum vel cuiuscumque pecuniae

---

munda sunt omnia vobis habet vet. ed. 66) *ut quod*, dein *nec* vet. ed. Paulo post *eleemosynas eorum* Mag. Tum *pharisaei* Mi. 67) *Ego, inquit, commonui* Mg. Dein *ad eleemosynam dandam* Mei, *eleemosynam dare* Mf. 68) *quia* Mcdefi. Pro *olus*, quod solus agnoscit Mh, cum ceteris libris scripsi *holus*. Vid. *Wagner*. de Orthogr. Vergil. p. 442. Cf. infra cap. XXIX. not. 32. Sumpta haec sunt e Luc. 11, 42. 69) *vos nunc* Ma, mendose *vos nec* Mg. De verbis seqq. vid. Luc. l. c. 70) *possitis* Mf. Tum *interiore* Mdfh c. vet. ed., pro *ut* Magi *et*. Statim *essent haec corpora* Mag. Paulo post *sicut et* vet. ed., *et* pro *sicut* Mf. 71) Matth. 23, 26. 72) Ap. Luc. 11, 42. Pro *omittere* Mi scribit *obmittere, praeterire* Mg. Dein *terrae novorum* Ma, *terrenorum* (*vel terrae novorum*) Mf.

inpunitatem [73]) se emere existimant in facinorum inmanitate
ac flagitiorum nequitia permanendi; non solum enim haec
faciunt, sed ita diligunt, ut in eis semper optent, tantum
si possint inpune, versari. *Qui autem diligit iniquitatem,*
odit animam suam [74]); et qui odit animam suam, non
226 A est in eam misericors, sed crudelis. Diligendo | eam
quippe [75]) secundum saeculum, odit eam secundum deum.
Si ergo vellet ei [76]) dare eleemosynam, per quam munda
illi essent omnia, odisset eam secundum saeculum et
diligeret secundum deum. Nemo autem dat eleemosynam
qualemlibet [77]), nisi unde det, ab illo accipiat, qui non
eget; ideo dictum est [78]): *Misericordia eius praeveniet me.*

21. Quae sint [79]) autem levia, quae gravia peccata,
non humano, sed divino sunt pensanda iudicio. Videmus [80])
B enim quaedam ab ipsis quoque aposto|lis ignoscendo fuisse
concessa: quale illud est quod venerabilis Paulus coniu-
gibus ait [81]): *Nolite fraudare invicem* [82]), *nisi ex con-*

73) Ita Madgh pro vulgat. *impunitatem.* Post *facinorum* in Mf supra additum est *suorum.* Pro *immanitate* scripsi *inmanitate* cum codd. Madefgi. Statim *et* pro *ac* legitur in vet. ed. Tum *permanendo* habent Mdehi et ex mutat. r. m. Mbg, *permanentes* reperitur in vet. ed. Coniunctionem *enim* om. Mfh, *hoc* pro *haec* scribitur in Mgh, moxque *possunt* dant Mg et vet. ed. Proxime pro *impune* recepi *inpune* ex codd. Mabdegh. 74) Psalm. 10, 6. Verba seqq.: *et qui odit animam suam*, desunt in Mhi, *in eam* om. Mg, *in ea* perperam legitur in Mbcdef. 75) *quippe eam* Mf et vet. ed. 76) *ei vellet* Mi. Mutavi deinde verborum ordinem praeeuntibus Mss. meis omnibus et vet. ed.; vulgo enim absone legitur: *illi essent munda omnia.* Pronom. *illi* deest in Mf. 77) *quamlibet* Mdefgi c. vet. ed. Mendose *incipiat* vet. ed. Tum *et ideo* Mdefi nec non vet. ed. 78) Psalm. 58, 11. — *praeveniat* Ma. Ita et vet. ed. 79) *sunt* Mh conspirante vetere editione. Tum *quaeve* habet idem liber. Dein *pensanda sunt* Mg. 80) *Vidimus* Mg. Proxime Mag *ait venerabilis Paulus coniugibus.* Vid. 1. Cor. 7, 5. 82) *fraudari* Mbc,

sensu ad tempus, ut vacetis orationi; et iterum ad id ipsum estote, ne vos templet satanas propter incontinentiam vestram: quod putari posset non esse peccatum, misceri scilicet coniugi non filiorum procreandorum[83]) causa, quod bonum est nuptiale, sed carnalis etiam voluptatis; ut fornicationis, sive adulterii, sive cuiusquam alte-
c rius inmunditiae mortiferum malum, quod | turpe est etiam dicere, quo potest temptante satana libido pertrahere, incontinentium devitet infirmitas. Posset[84]) ergo, ut dixi, hoc putari non esse peccatum, nisi addidisset: *Hoc autem dico secundum veniam, non secundum imperium.* Quis autem iam neget[85]) esse peccatum, cum dari veniam facientibus apostolica auctoritate fateatur? Tale quiddam

---

invicem fraudare Mf. Pro *ad id ipsum estote* (ita cum ed. Maur. codices Mch; in Mb pr. legebatur *extote*) Mb (a s. m.) et Md exhibent *ad id ipsum revertimini*, Maf *ad* *id* *ipsum revert.* (*id* a pr. m. supra addito), Mei, ut exemplaria ante Maur. typis excusa, *ad ipsum revert.*, Mg autem dat *revert. in id ipsum*. Adnotant Maurini: „Plerique ac meliores Mss. *ad id ipsum* (vel *ad ipsum*) *estote*. Hanc lectionem sequi solet Augustinus in epistola 262., in sermone 351. n. 5., in lib. 5. contra Faust. c. 9. eademque lectio apud Origenem adhibita fuit in homilia in Numeros vigesima tertia, quasi pro συνέρχησθε legerent olim γίνεσθε." Pro *incontinentiam* Mbcfh, quibuscum facit vet. ed., scribunt *intemperantiam*. Supra addita tamen ab r. m. est altera lectio in Mb. 83) *creandorum* Mi. Mox *voluntatis* (*vel voluptatis* supra) (confusione non insolita) Mf. Subinde idem liber *ut* (*et* supra) (a pr. m.), *et* Mag, *inmunditiae* codd. omnes, *propter mortiferum malum* Mg, *quod potest* Mb et pr. Mc, *pertrahere* (*vel pertrahi* supra) Mf, *incontinentiam ni devitet* Mg. Post *devitet* in Mf additur *tamen*. 84) *Possit* vet. ed. De apostoli dicto vid. 1. Cor. 7, 6. Pro *veniam* Mag *indulgentiam*, quod inter vers. habet Mf. 85) Ita Mbcdefhi, *neget iam esse peccatum* Mg, vulg. *iam esse peccatum neget.* Statim *dare facientibus veniam* Mg, *facientibus* (superscr. *peccantibus*) Mf.

est, ubi dicit [86]): *Audet quisquam* [87]) *vestrum adversus alterum negotium habens iudicari apud iniquos, et non apud sanctos?* Et paulo post [88]): *Saecularia igitur iudicia si habueritis*, inquit, *eos qui contemptibiles* [89]) *sunt in Ecclesia, hos conlocate. Ad reverentiam vobis dico: sic non est inter vos quisquam* [90]) *sapiens, qui possit inter fratrem suum iudicare; sed frater cum fratre iudicatur, et hoc apud infideles.* Nam et hic posset putari iudicium [91]) habere adversus alterum non esse peccatum, sed tantummodo id extra ecclesiam velle iudicari, nisi secus adiungeret [92]): *Iam quidem omnino delictum est, quia iudicia habetis vobiscum.* Et ne quisquam ita [93]) hoc excusaret, ut diceret iustum se habere

---

Tum *apostolica auctoritas* Mdei et a r. m. Mb; at codd. Macfgh c. vet. ed. et melioris notae Mss. Maurinorum *apostolica auctoritate*, id est, ab apostolo dari veniam, ut monent Benedictini, secundum illud paulo ante dictum, *ab ipsis quoque apostolis ignoscendo fuisse concessa.* 86) *Tale quidem* vet. ed. Ceterum vid. 1. Cor. 6, 1. 87) *quisnam* pr., e corr. r. m. *quisquam* Mc, *quis* Mf. Tum *ab iniquis* a m. pr., ab rec. *apud iniquos* Mc. Haec vocc. om. Mh. 88) 1. Cor. 6, 4—6. Tum *ergo* pro *igitur* vet. ed. 89) Ita octo codd., *contemtibilēs* Mh c. ed. Maur., *sunt contemptibiles* habet vet. ed. Quod praecedit *eos* om. Mi. Sed vid. ad hunc apostoli locum *Sabatier*. Dein *conlocate*, quod recepi, codd. Mabh, *collocate* ceteri c. editis libris. Additur in Mfh *ad iudicandum*, quod Mbc a r. m. in mg. habent, et vetus ed. non agnoscit. 90) *quis* Mi. Subinde *qui posset fratrem — iudicare* Mg, *diiudicare* Mh. Tum *frater cum fratre in iudicio contendit apud vos* Mh. 91) *hic*
, posuisse iudicium , et hic
, posset putari, iudicium Mf; *possit* habet Mi. Statim *adversus alterutrum* Mf. Deinde *id* om. Mgi. Quorum hic scribit *iudicare*, Mbc ponunt *velle extra ecclesiam iudicari.* Pro *secutus*, quod sec. m. in Ma mutavit in *sequutus*, e vet. ed. recepi *secus*. 92) 1. Cor. 6, 7. Post *delictum est* additur *inter vos* in Mag. Deinde pro *vobiscum* vet. ed. habet *in vobis*. 93) Sic codd. omnes c.

E ne|gotium, sed iniquitatem se pati, quam vellet a se iudi-
cum sententia removeri: continuo talibus cogitationibus
vel excusationibus occurrit atque ait [94]): *Quare non
magis iniquitatem patimini? quare non potius frauda-
mini?* Ut ad illud redeatur [95]), quod dominus ait: *Si
quis voluerit tunicam tuam tollere et iudicio tecum con-
tendere, dimitte illi et pallium.* Et alio loco [96]): *Qui
abstulerit*, inquit, *tua, noli repetere.* Prohibuit itaque
suos de saecularibus rebus cum aliis [97]) habere iudicium;
F ex qua doctrina | apostolus dicit esse delictum. Tamen
cum sinit in ecclesia talia iudicia finiri inter fratres fra-
tribus iudicantibus, extra ecclesiam vero terribiliter vetat;
manifestum est etiam hic quid [98]) secundum veniam conce-
datur infirmis. Propter haec atque huiusmodi peccata et
alia, licet his [99]) minora, quae fiunt verborum et cogitatio-
num offensionibus, apostolo Iacobo confitente ac dicente [100]):
In multis enim offendimus omnes, oportet cotidie crebro-
227 A que oremus dominum atque dicamus: *Dimit|te nobis*

---

vet. ed. pro vulg. *hoc ita*, subinde *et* pro *ut* Mafg, *se iustum* Mi, *vel iudicum se* om. vet. ed. In Mehi h. l. nonnulla desunt. Tum *iudicium* habet Mf, *iudicii* vet. ed. moxque *excusationibus vel cogitationibus* Mg. 94) 1. Cor. 6, 7. 95) *redeamus* vet. ed. Respexit Matth. 5, 40. Alio ordine *tecum iudicio contendere* dat Mf, *iudicium tecum contendere* vet. ed. 96) Luc. 6, 30., ubi cf. *Sabatier*. 97) Vox *hominibus*, quae vulgo additur, ab octo libris Mss. et vet. ed. merito abest Dein *dicit apostolus* scribit Mf conspirante vetere editione. 98) *est* et *hic* a r. m. habet Mb, *est* item a r. m. Mc inter lineas. Idem liber deinde *id quod*, Mg *hic quod.* 99) *quae licet* Mb (deletum est *quae* in Mc), *his* (*hiis*, ut solet, habet vet. ed.) pro *iis* praestant codd. omnes excepto Mg, in quo male scriptum legitur *illius*, cuius loco librarius fortasse voluit *illis*. Post *verborum* excidit *et* in Mb. 100) Iacob. 3, 2. Abest *enim* a Mf. Item *ut* post *oportet* a sex codd. vetereque edit. Idcirco omisi. Dein *cotidie*

debita nostra: nec in eo quod [101]) sequitur mentiamur, *sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.*

Sunt autem quaedam [102]), quae levissima putarentur, nisi in scripturis sanctis demonstrarentur opinione graviora. Quis enim dicentem fratri suo Fatue reum gehennae putaret, nisi Veritas diceret? Cui tamen vulneri subiecit continuo medicinam, praeceptum fraternae reconciliationis adiungens, mox quippe ait [103]): *Si ergo offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris, quia frater*
B *tuus habet aliquid* | *adversum te* etc. Aut quis aestimaret [104]), quam magnum peccatum sit, dies observare et menses et annos et tempora, sicut observant qui certis diebus sive mensibus sive annis volunt vel nolunt aliquid inchoare, eo quod secundum vanas doctrinas hominum fausta vel infausta existiment tempora, nisi huius mali magnitudinem ex timore apostoli pensaremus, qui talibus ait [105]): *Timeo vos, ne forte sine causa laboraverim in*

---

receptum ex Mabef, ceteri habent *cottidie* et *deum* pro *dominum* Mabcg. Ceterum vid. Matth. 6, 12. 101) *ne* pro *nec* Mg, *ideo quod* Mdei, supra *ideo*, quod punctis deletum est, in Mf notatum legitur *in eo*. Verbum *mentiamur*, quod vet. ed. post *quod sequitur* addit, om. Mg, *sic et* scribit Me. 102) Abest *quaedam* a vet. ed. Eadem in seqq. male habet *dicenti*, alio ordine Mg scribit *fratri suo dicentem*. Post *gehennae* in Mb r. m. sine causa supra adiecit voc. *ignis*. 103) Matth. 5, 22 et 23. — *ergo* om. Md et vet. ed. Tum *offeres* exhibent Macgh et a r. m. Mb, ut Maurinorum libri; *offeris* pr. legebatur in Mb. Cf. *Sabatier*. *Offers* tenent Mdefi et vet. ed. Deinde *ante altare* legitur in vet. ed. Mox *adversus te* Mb. 104) *existimaret* confusione frequenti Mafi, a r. m. Mb et vet. ed. Dein *observare dies* Mde, *observ. menses et dies* (proximo *et* omisso) Mi. Statim *qui observant quod ceteris diebus sive annis volunt et nolunt* vet. ed., *observent* Mi, alio ordine *sive annis*, *sive mensibus* Mag, *et mensibus* Mde. Infra *mali huius* Mf. Tum male *pensaret* Mdefi; superscripta altera lectione in Mf. 105) Gal. 4, 11.

vobis? Huc accedit [106]), quod peccata, quamvis magna
C et hor|renda, cum in consuetudinem venerint, aut parva,
aut nulla esse creduntur; usque adeo, ut non solum non
occultanda, verum etiam praedicanda ac diffamanda videantur, quando, sicut scriptum est [107]), *laudatur peccator in disideriis animae suae, et qui iniqua gerit benedicitur* [108]). Talis in divinis libris iniquitas clamor vocatur. Sicut habes apud Esaiam [109]) prophetam de vinea mala: *Exspectavi,* inquit [110]), *ut faceret iudicium, fecit autem iniquitatem et non iustitiam, sed clamorem.* Unde est
D et [111]) illud in Genesi [112]): *Cla|mor Sodemorum et Gomorrhae* [113]) *multiplicatus est.* Quia non solum iam apud eos [114]) non puniebantur illa flagitia, verum etiam publice, veluti lege, frequentabantur. Sic nostris temporibus ita [115]) multa mala, etsi non talia, in apertam consuetudinem iam venerunt, ut pro his non solum excommunicare aliquem laicum non audeamus, sed nec clericum degradare. Unde

---

Pronom. *vos* in Mb erasum, omissum in Mf. 106) *Hinc accidit* Mei et Mf, in quo alt. lectio supra addita est, *hinc accedit* Md, *hoc accidit* Mc et a m. pr. Mb, e corr. tamen *huc accedit.* Deest *cum* in Mc. Mox *credantur* habet Mh et inter vers. Mf, *putantur* pro *creduntur* Mg. Ab hoc abest *non* post *solum*, tum Mdei scribunt *occulta.* Subinde *praedicanda et diffamanda* Mefi, *praed. diffamandaque* vet. ed., *praed. diffamandave* Mbc. 107) Psalm. 9, 24. 108) *quod* pro *qui* vet. ed. Tum *benedicetur* Mc et pr. Mb. 109) *habetur* vet. ed. Nonnulli codd. *Esaiam*, alii *Isaiam*, Mg *in ysaia propheta.* 110) Cap. V. v. 7. 111) *et est* Mei, *et* om. Mbc. 112) Cap. XVIII. v. 20. 113) Ita octo codd. et pr. Mb, in quo r. m. addidit *orum.* Nostra lectio congruit cum Graec. *Γομόῤῥας.* *Gomorrhaeorum*, quod reperitur in vet. ed., ediderunt Maurini. 114) *apud eos iam* Mg, *non apud eos pun.* Mbcde et vet. ed., negationis particulam h. l. om. Mh. Tum *ulla* (superscr. „vel *illa*") Mf. Mox *velut* Mbcdefgh c. vet. ed. 115) *ita* om. Mg. Cuius loco vet. ed. habet *tam* et in seqq. ante *audeamus* abest *non* a Mi.

cum exponerem ante aliquot [116]) annos epistulam ad Galatas, in eo ipso loco, ubi ait apostolus [117]): *Timeo vos,* u *ne forte sine causa* | *laboraverim in vobis*, exclamare compulsus [118]) sum: „Vae peccatis hominum, quae sola inusitata exhorrescimus [119]); usitata vero, pro quibus abluendis filii dei sanguis effusus est, quamvis tam magna sint, ut omnino claudi contra se faciant regnum dei, saepe videndo omnia tolerare, saepe tolerando nonnulla etiam facere cogimur. Atque utinam, o domine, non omnia, quae non potuerimus [120]) prohibere, faciamus!“ Sed videro [121]) utrum me inmoderatus dolor incaute aliquid compulerit dicere.

CAPUT XXV.

Ignorantiam et infirmitatem duas esse causas peccati. Neutram vinci, nisi adiuvet deus. Donum eius esse ipsam paenitentiam. Quid sit peccatum in spiritum sanctum?

F 22. | Hoc nunc [1]) dicam, quod quidem et in aliis opusculorum meorum locis saepe iam dixi. Duabus ex causis [2]) peccamus, aut nondum videndo quid facere de-

---

116) *aliquos* Magh. 117) Gal. 4, 11. — *vos* om. Mbc, Mf autem supra addit. Cf. not. 105. 118) *conpulsus* Mabcegh. 119) *inhorrescimus* Mg. Statim *diluendis* Mag. Post *effusus* Mc om. *est*. Proxime *regnum dei faciant* scribit Mf. Infra *nulla etiam facere* Mg. 120) Ita c. vet. ed. codd. omnes praeter Mg, qui habet *poterimus*, ut rell. libri ante Maurinos editi. „Melius“, adnotant editores Gallici, „MSS. *potuerimus*. Nam sic expositio citata epistolae ad Galatas.“ 121) Ita c. ed. Maur. codices Mbcehi et pr. Ma, *video* Mdf, *vide* Mg et per ras. Ma. Subinde *inmoderatae* pro *immod.* Madfg et *conpulerit* Magi.

Cap. XXV. 1) *non* vet. ed., *nec* permutatione non insolita Mg. Idem liber om. *quod*. Tum praepositio ante *aliis* abest a Mbch et a vet. ed. 2) *e causis* Mg. Proxime *quod facere* Mdeg, *quid*

beamus, aut non faciendo quod debere fieri iam videmus: quorum duorum illud ignorantiae malum est, hoc infirmitatis. Contra quae [3]) quidem pugnare nos convenit; sed profecto vincimur, nisi divinitus adiuvemur, ut non solum videamus quid faciendum sit, sed etiam accedente sani-
G tate delectatio iustitiae vincat in no|bis earum rerum delectationes, quas vel habere cupiendo, vel amittere metuendo, scientes videntesque peccamus, iam non solum peccatores,
228 A | quod eramus etiam cum per ignorantiam peccabamus, verum etiam legis praevaricatores, cum id non facimus quod faciendum, vel facimus, quod non faciendum esse iam scimus. Quapropter non solum si [4]) peccavimus, ut ignoscat, propter quod dicimus [5]): *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris,* verum etiam [6]) ne peccemus, ut regat, propter quod dicimus: *Ne* [7]) *nos inferas in temptationem,* ille rogandus est, cui dicitur in psalmo [8]): *Dominus inluminatio mea* [9])
B *et salus mea,* | ut inluminatio detrahat ignorantiam, salus infirmitatem.

Nam et ipsa paenitentia, quando digna causa est [10]) secundum morem Ecclesiae, cur agatur, plerumque infir-

---

debere — videamus Mh. 3) *quam* Mabcgh et vet. ed. Tum *nos pugnare* vet. ed. In seqq. Mi scribit *accidente sanitate.* Infra *mentiendo* pro *metuendo* vet. ed. - Tum *ac* pro *iam* habent Mdei. Mox *cum*, quod supra supplet Mf, Mg om., in quo est *peccamus.* Post *praevaricatores* Mf supra addit *sumus.* Ita r. m. in Mc.' Tum *faciendum esse iam novimus* exhibent Maefgi, *esse vel novimus iam facimus* exstat in Md, *esse* om. Mbc itemque *iam* Mg. 4) *si* deest in Mc. 5) Matth. 6, 12. 6) *etiam* om. Mbc. 7) *Nec* Mf. 8) Psalm. 26, 2. 9) *inluminatio* (vulg. *illuminatio*) Mab. Post *salus mea* in Mi additur *quem timebo*, ut legitur in Psalmo. - Male *et* pro *ut* Mi, *inluminatio* Mabcg. 10) Pro *digna causa est* Md et pr. Mf *signatur.* Tum *ut* pro *cur* (*quur* pr. Mb et Mh) Madefgi

mitate non agitur, quia et pudor timor est displicendi, dum plus delectat hominum existimatio, quam iustitia, qua se quisque humiliat paenitendo. Unde non solum cum agitur paenitentia, verum etiam ut agatur, dei misericordia necessaria est. Alioquin non diceret apostolus de qui-
c busdam [11]: *Ne forte det illis deus* [12] *pae|nitentiam.* Et ut Petrus amare fleret, praemisit evangelista, et ait [13]: *Respexit eum dominus.* Qui vero in Ecclesia remitti peccata non credens contemnit [14] tantam divini muneris largitatem, et in hac obstinatione mentis diem claudit extremum, reus est illo inremissibili peccato in spiritum sanctum, in quo Christus peccata dimittit. De qua quaestione difficili in quodam propter hoc solum conscripto libello [15] enucleatissime quantum potui disputavi.

CAPUT XXVI.

Quid sit credere carnis resurrectionem? An resurrecturi sint fetus abortivi? Quales resurrecturi sint fetus monstrosi? Quomodo restauranda sit caro, quocumque modo perierit; et quomodo redibunt ad corpus superflua? Quod corpora piorum resurgent sine ullo vitio. Qualia futura sint corpora damnatorum?

D 23. | Iam vero de resurrectione carnis, non sicut quidam revixerunt, iterumque sunt mortui, sed in aeter-

---

et a r. m. inter vers. Mcb; mox in Mc post *pudor* r. m. superscripsit *est, quia timor et pudor est* habet vet. ed., Mg *rubor timoris.* 11) 2. Tim. 2, 25. 12) *deus* om. Mb. 13) Matth. 12, 32. 14) *remitti in ecclesia peccata non credens contempnit* exhibet vet. ed., *contempnit* dant etiam Mbcdeghi, *contempsit* scribitur in Mf. Paulo post in vet. ed. legitur *illi inremissibili peccato*, *inremissibili* pro *irremiss.* testantur codd. omnes. Dein *remittit* habet vet. ed. 15) „Non alio, credimus, libello, nisi sermone nunc LXXI, qui olim de verbis domini fuit XI.“ Editores Gallici. Verb. *potui* correctoris manus addidit in Ma.

nam vitam, sicut Christi ipsius caro [1]) resurrexit, quemadmodum possim breviter disputare, et omnibus quaestionibus, quae de hac re moveri adsolent, satisfacere, non invenio. Resurrecturam tamen carnem omnium quicumque nati sunt hominum atque nascentur, et mortui sunt atque morientur [2]), nullo modo dubitare debet Christianus. Unde
E primo occurrit de abortivis fetibus [3]) | quaestio, qui iam quidem nati sunt in uteris matrum, sed nondum ita ut iam possent renasci. Si enim resurrecturos eos dixerimus, de his [4]), qui iam formati sunt, tolerari potest utcumque quod dicitur; informes vero abortus quis non proclivius perire arbitretur, sicut semina quae concepta non fuerint? Sed quis negare audeat, etsi affirmare [5]) non audeat, id acturam resurrectionem, ut quidquid formae defuit inpleatur? Atque ita non desit perfectio, quae accessura
F erat tempore, quemad|modum non erunt vitia quae accesserant tempore, ut neque [6]) in eo quod aptum et congruum dies adlaturi fuerant, natura fraudetur, neque in

---

Cap. XXVI. 1) *sicuti* Mde. Verba *Christi ipsius caro* r. m. in Mb mutavit in *xps ipse*. Ita habet etiam Mf erasa voce *caro*, *ipse xps* dant Mdei, *xpi ipsius* sine *caro* Mcg; *ipsius xpi resurrexit corpus* exstat in vet. ed. In Mg legitur *resurrectio*. Tum *breviter exponere* ibidem. Mox *re* om. vet. ed. Deinde *assolent* dant Mdefhi et vet. ed. 2) *et morientur* Mb. Statim una cum vet. ed. *debet dubitare* Mbcdefi, *debet Christianus dubitare* Mh, *potest dubitare* Mag. 3) *faetibus* Mbcd. Paulo post *ita ulinam ut iam* (sic) Mc, *ut etiam* vet. ed. Tum *possint* Maf c. vet. ed., *possit* Mb, *possit* Mc, *posset* Mi. 4) Ita codd. omnes, *hiis* vet. ed., vulg. *iis*. In seqq. *abortus* om. vet. ed., *perire proclivius* habet Mb, *arbitretur perire* Mg. 5) *adfirmare* Ma. Pro *formae defuit* in Mb legitur *minus habuit*, in vet. ed. *formae fuerit*. 6) *ut non* vet. ed. Dein *adlaturi* Ma; ceteri, ut vulg., *allaturi*. Tum *erant* Mg. Statim

eo quod adversum atque contrarium dies adtulerant, na-
tura turpetur, sed integretur quod nondum erat integrum,
sicut instaurabitur quod fuerat vitiatum. Ac per hoc
scrupulosissime quidem inter doctissimos quaeri ac dispu-
tari potest, quod utrum ab homine inveniri possit, ignoro,
quando incipiat [7]) homo in utero vivere, utrum sit quae-
G |dam vita et occulta, quae nondum motibus viventis ad-
pareat. Nam negare vixisse puerperia, quae propterea
229 A membratim exsecantur et eiciun|tur [8]) ex uteris prae-
gnantium, ne matres quoque, si mortua ibi relinquantur,
occidant, inpudentia nimia videtur. Ex quo autem incipit
homo vivere, ex illo utique iam [9]) mori potest. Mortuus
vero, ubicumque illi mors [10]) potuit evenire, quomodo ad
resurrectionem non pertineat mortuorum, reperire non
possum. Neque enim et monstra [11]) quae nascuntur et
vivunt, quamlibet cito moriantur, aut resurrectura nega-
buntur, aut ita resurrectura credenda sunt, ac non potius
B correcta | emendataque natura. Absit enim ut illum bi-
membrem, qui nuper natus est in Oriente, de quo et

---

fraudaretur Mag. Deinde *attulerant* pro *adtul.* Mdefghi, vet. ed. et e corr. Mb, *attulerat* Mc et pr. Mb. Infra *fuit vitiatum* vet. ed. 7) *incipiet* Mc. Mox *et occulta* codd. omnes; abest *et* a vet. ed. Mendose *admodum* pro *nondum* Mi. Subinde *adpareat* pr. Ma, ceteri c. ed. Maur. *appareat.* 8) *secantur* vet. ed., *et eiciuntur* Mh, *et eiciantur* Ma, *ut eiciantur* c. vet. ed. codd rell. Statim *ne*, quod a r. m. habet Mb, in Mc deest. Inverso ordine *si ibi mortua* exhibent Mbcdefi, *relinquantur membra* est in vet. ed. Tum *inpudentia* Madefgh, *impudentia* legitur vulgo, *inprudentia* in Mc. 9) *utique* om. vet. ed., *iam* abest a Mi, *mori iam* habent Mfh. 10) *mors illi* Mdei. Infra *repperire* Mabcfg. 11) Pro *et monstra*
vel *vitiata*
vet. ed. habet *de monstruosis.* Mox *aut* Mf. Tum *aut resur-rectura* idem liber. Md h. l. om. *aut.* Dein *aut* pro *ac* dat vet. ed.

fratres fidelissimi, qui [12]) eum viderant retulerunt, et sanctae memoriae Hieronymus presbyter scriptum reliquit; absit, inquam, ut unum hominem duplicem, ac non potius duos quod futurum fuerat, si gemini nascerentur, resurrecturos existimemus. Ita [13]) cetera, quae singuli quique partus vel amplius vel minus aliquid habendo, vel quadam
C nimia deformitate monstra dicuntur, ad | humanae naturae figuram resurrectione revocabuntur, ita ut singulae animae singula sua corpora obtineant, nullis cohaerentibus, etiam quaecumque cohaerentia nata fuerant; sed seorsum sibi singulis sua membra gestantibus, quibus humani corporis conpletur integritas.

Non autem perit [14]) deo terrena materies, de qua mortalium creatur caro; sed in quemlibet pulverem cineremve solvatur, in quoslibet halitus aurasque diffugiat,
D in quamcumque aliorum corporum substantiam vel | in

---

12) *qui* sex codd. et vet. ed., vulg. *quod*. Pro *viderint* Mdefi *viderant*, quod in Mb enatum est e *viderint*, Mh et vet. ed. *viderunt*. De hac re adnotant Maurini: „Hieronymus in epistola ad Vitalem: *Num quia nostra*, inquit, *aetate duplex Lyddae natus est homo duorum capitum, quatuor manum, uno ventre et duobus pedibus, omnes homines ita nasci necesse est?* Confer lib. 16. de Civitate Dei c. 8.“ Mox *inquit* pro *inquam* perperam Mg. Dein *unum* om. Mh. Mox *futurum erat* habet vet. ed. Eadem *aestimemus*. 13) *Ita et* Mdefi, item vet. ed., *et* in Ma deletum est. In seqq. inter *dicuntur* et *ita ut* in vet. ed. omnia desunt, cod. Mh mendose scribit *resurrectionemque*. Deinde *vocabuntur* dant Mehi moxque *optineant* Mdei. De qua scriptura vid. *Wagner*. de Orthogr. Vergil. p. 413 seq. Paulo post *fuerunt* vet. ed., item *fuerunt*, e corr. *fuerant* Mf. Deinde *singulis sibi* vet. ed. Infra *conpletur* vel *eatur* pro *completur* Megi et pr. Ma. Deest hoc verbum in Mc, *completur* habet Mf, *impletur* vet. ed. 14) *enim* pro *autem* Mf, *periit* Mg. Subinde *creetur* Mf. Idem et Mi *cineremque*. Tum *alitus* sine adspiratione Mafi et vet. ed., inepte *habitus* Mdgh. Praepositio in

ipsa elementa vertatur, in quorumcumque animalium, etiam hominum cibum cedat carnemque mutetur, illi animae humanae puncto temporis redit, quae illam primitus, ut homo fieret, viveret, cresceret, animavit. Ipsa itaque [15]) terrena materies, quae discedente anima fit cadaver, non ita resurrectione reparabitur, ut ea, quae dilabuntur et in alias atque alias aliarum rerum species formasque vertuntur, quamvis ad corpus redeant, unde dilapsa sunt, ad easdem
E quoque corporis | partes, ubi fuerunt, redire necesse sit. Alioquin si capillis redit quod tam crebra tonsura [16]) detraxit, si unguibus quod totiens dempsit exsectio; inmoderata et indecens cogitantibus, et ideo resurrectionem carnis non credentibus occurrit informitas. Sed quemadmodum si statua cuiuslibet solubilis [17]) metalli aut igne liquesceret, aut contereretur in pulverem, aut confunderetur in massam, et eam vellet artifex rursus ex illius materiae quantitate reparare, nihil interesset ad eius in-
F tegritatem, quae | particula materiae cui membro statuae redderetur, dum tamen totum, ex quo constituta fuerat, restituta resumeret; ita deus mirabiliter atque ineffabiliter artifex, de toto, quo caro nostra constiterat, eam mirabili

---

ante *ipsa elementa* deest in Mdi. Mendose *vertantur* scribunt Mdefi. Paulo post *cibum* excidit in Mc. Dein *illa primitus vel ut* Mg. Statim *cresceret, viveret* codd. omnes, *et cresceret, viveret* vet. ed. 15) *Itaque ipsa* Mf. Pro *reparabitur* Mi *parabitur,* Mg *reputabitur.* Mox *et* om. Mef itemque vet. ed. Subinde Mf habet *in alias aliasque* et cum Mdei atque vet. ed. *vertantur.* Tum *lapsa sunt* Mag, deinde *ubi fuerant* vet. ed. et mutato verborum ord. *necesse sit redire* Mf. 16) *rasura* vet. ed. Mox idem liber *dempsit,* nec aliter Mcdfg et a. r. m. e *demsit,* ut legitur vulgo, Mb, *depressit* (vel *decerp*) Me, *vel decerpsit* Mi. 17) *insolubilis* Mi. In seqq. *cuique membro* Mi. Paulo post verba: *de toto quo caro nostra constiterat,* desi-

et ineffabili celeritate restituet, nec aliquid attinebit ad eius redintegrationem, utrum capilli ad capillos redeant, et ungues ad ungues; an quidquid eorum perierat, mutetur in carnem et in partes alias corporis revocetur
G curante artificis providentia, ne quid in|decens fiat.

Nec illud est consequens, ut ideo diversa statura sit [18]) reviviscentium singulorum, quia fuerat diversa viventium, aut macri cum eadem macie aut pingues cum
230 A eadem pingue|dine reviviscant. Sed si hoc est in consilio creatoris, ut in [19]) effigie sua cuiusque proprietas et discernibilis similitudo servetur, in ceteris autem corporis bonis aequalia cuncta reddantur, ita modificabitur illa in unoquoque materies, ut nec aliquid ex ea pereat, et quod alicui defuerit ille suppleat, qui etiam de nihilo potuit quod voluit operari. Si autem in corporibus resurgentium [20]) rationabilis inaequalitas erit, sicut est vocum, quibus cantus inpletur; hoc fiet cuique de materie
B |corporis sui, quod et hominem reddat angelicis coetibus et nihil inconveniens eorum ingerat sensibus. Indecorum [21]) quippe aliquid ibi non erit; sed quidquid futurum est, hoc decebit, quia nec futurum est, si non decebit. Re-

derantur in Mc, *constituta erat* habet vet. ed. Recte *attinebit* octo codd. et vet. ed., Ma c. edit. Maur. *adtinebit*. Pro *utrum* Mh scribit *an*. Proxime abest *an* a Mg. Deinde in Mf legitur *curante providentia artificis*. 18) Ita codd. omnes et vet. ed., *diversa sit statura* recc. edd.; *diversa* in Mh excidit. 19) Praepositionem om. Mh. Pro *cuiusque* in Mi est *cuiuscumque*. Paulo post lectionem *corporis bonis* praestant etiam Mabcgh, *corporis membris* c. vet. ed. dant ceteri. 20) *surgentium* Mh. Subinde *sicut et vocum* vet. ed., nec multo post aliquot libri *de materia*. Tum *homines* Mh. Vox *aequalem*, quam nonnullae edd. post *reddat* inserunt, ut a Maurinorum Mss., ita etiam a meis et vet. ed. abest. 21) *Indecens* Mg.

surgent igitur [22]) sanctorum corpora sine ullo vitio, sine ulla deformitate, sicut sine ulla corruptione, onere, difficultate: in quibus tanta facilitas quanta felicitas erit. Propter quod et spiritalia dicta sunt, cum procul dubio
C corpora sint futura, non spi|ritus. Sed sicut nunc corpus animale dicitur, quod tamen corpus, non anima est; ita tunc spiritale corpus [23]) erit, corpus tamen, non spiritus erit. Proinde quantum attinet ad corruptionem, quae nunc adgravat [24]) animam et ad vitia, quibus caro adversus spiritum concupiscit, tunc non erit caro, sed corpus, quia et caelestia corpora perhibentur. Propter quod dictum est [25]): *Caro et sanguis regnum dei non possidebunt.* Et tamquam exponens quid dixerit [26]): *Neque corruptio,*
D inquit, *incorruptionem* | *possidebit.* Quod prius dixit, *caro et sanguis*, hoc posterius [27]) dixit, *corruptio;* et quod prius, *regnum dei*, hoc posterius *incorruptionem.* Quantum autem attinet ad substantiam, etiam tunc caro erit. Propter quod et post resurrectionem corpus Christi caro [28]) appellata est. Sed ideo ait apostolus [29]): *Seminatur corpus animale, resurget* [30]) *corpus spiritale,* quoniam tanta erit tunc concordia carnis et spiritus vivi-

22) *Resurgunt ergo* vet. ed. Vocc. *sine ulla deformitate* om. Mc. Paulo post Mag habent *facilitas resurgendi*, in Mf supra additum est *resurgendi erit.* In seqq. vet. ed. ante *spiritalia* om. *et.* 23) *spirituale* Mg et vet. ed., *corpus spiritale* Mh, a Mdef voc. *corpus* abest. Subinde *tamen* om. Mh. 24) Ita pro *aggravat* Magh. Tum *et vitia* dant codd. omnes et vet. ed. Pro *concupiscit* Mc scribit *concupiscet*, Mf verborum ordinem ita invertit: *concupiscit adversus spiritum.* 25) 1. Cor. 15, 30. Vet. ed. *possidere non possunt.* 26) *quod dixerit* vet. ed., *quod dixit* Mi. 27) *postea* Mag. Dein post *prius* Mfh addunt *dixit.* 28) Excidit *caro* in Mi, Ma pr. exhibebat *adpellata.* 29) *apostolus ait* Mf. Vid. 1. Cor. 15, 44. 30) *surget* Mbc, *surgit* Mh, *corpus* om. Mi, *spirituale*

ficante spiritu sine sustentaculi alicuius indigentia subditam E carnem, ut nihil nobis re|pugnet ex nobis, sed sicut foris neminem, ita nec intus nos ipsos patiamur inimicos.

Quicumque vero [31]) ab illa perditionis massa, quae facta est per hominem primum, non liberantur per unum mediatorem dei et hominum, resurgent quidem etiam ipsi unusquisque cum sua carne, sed ut cum diabolo et eius angelis puniantur. Utrum sane ipsi cum vitiis et deformitatibus suorum corporum [32]) resurgant, quaecumque in eis vitiosa et deformia membra gestarunt, in requirendo F laborare quid | opus est? Neque enim fatigare nos [33]) debet incerta eorum habitudo vel pulchritudo, quorum erit certa et sempiterna damnatio. Nec moveat, quomodo in eis erit [34]) corpus incorruptibile, si dolere poterit, aut quomodo corruptibile, si mori non poterit. Non est enim vera vita, nisi ubi feliciter vivitur; nec vera [35]) incorruptio nisi ubi salus nullo dolore corrumpitur. Ubi autem infelix mori non sinitur, ut [36]) ita dicam, mors ipsa non moritur; et ubi dolor perpetuus non interimit, sed ad- G fligit, | ipsa corruptio non finitur. Haec in sanctis scripturis [37]) *secunda mors* dicitur. Nec prima tamen [38]),

---

cum vet. ed. habet Mf. Statim *tanta tunc erit concordia* vet. ed. Vox *sustentaculi* ibidem deest. Deinde *inpugnet* scribit Mi. 31) *enim* pro *vero* vet. ed. In seqq. post *resurgent* Mf om. *quidem*. Mox *angelis eius* dant Mdehi, *eiusque angelis* habet vet. ed. 32) *corporum suorum* vet. ed. Paulo post *inquirendo* Mdgi. Tum *quod* pro *quid* vet. ed. 33) *nos* om. Mi. Item subinde *certa* Mg. 34) *erit in eis* septem codd. et vet. ed. In seqq. *mori non potuerit* Mg. 35) *vera* in Mh deest. 36) *et ut* Mdefi. Mox *ut ubi* pro *et ubi* Mi. Tum *dolor infinitus et perpetuus* Mg. Subinde *interemit* vet. ed. Pro *affligit* cum Ma scripsi *adfligit*. 37) *in scripturis sanctis* Mfh. Vid. Apoc. 2, 11 et 20, 6 et 14. 38) *Nec*

qua suum corpus anima relinquere cogitur, nec secunda, 281 A qua paenale corpus anima relinquere | non permittitur, homini accidisset, si nemo peccasset. Mitissima sane omnium paena erit eorum, qui praeter peccatum, quod originale [39]) traxerunt, nullum insuper addiderunt, et in ceteris qui addiderunt, tanto quisque ibi tolerabiliorem habebit damnationem, quanto hic minorem habuit iniquitatem.

CAPUT XXVII.

Quod sancti in vita aeterna plenius cognoscent, quid eis contulerit gratia. Quod tunc revelabuntur nunc occulta iudicia dei in hominum praedestinatione. Voluntatem dei omnipotentis creaturae nullius voluntate posse impediri. Quomodo intellegendum sit: Deum velle omnes homines salvos fieri?

24. Remanentibus itaque angelis et hominibus reprobis in aeterna paena, tunc sancti scient plenius quid B boni eis [1]) contulerit gratia. Tunc | rebus ipsis evidentius adparebit [2]) quod in psalmo scriptum est [3]): *Misericordiam et iudicium cantabo tibi, domine,* quia nisi per indebitam misericordiam nemo liberatur [4]), et nisi per debitum iudicium nemo damnatur. Tunc non latebit quod nunc latet, cum [5]) de duobus parvulis unus esset ad-

---

tamen prima Mg, *suum* erasum in Mb, verba *cogitur* — — — *relinquere* om. Mdh, tum *animam* habent Mag et a m. pr. Mb, ut edd. Lov. et Arn. Quod sequitur *non* abest a Mi. 39) *originaliter* Mg. Tum *quae addiderunt* Mabcg una cum vet. ed., subinde *unusquisque* Mf. Meliorem verborum ordinem *ibi tolerabiliorem* pro *tolerabil. ibi* praebuerunt codd. omnes et vet. ed.

Cap. XXVII. 1) Ab huius capitis initio in Mi omnia desunt usque ad verba: *Non ergo fit aliquid, nisi omnipotens fieri velit.* — Pro *eis* in Mg legitur *eius*. 2) Vulg. *apparebit.* 3) Psalm. 100, 1. 4) *liberabitur* Mf. 5) *cur* Mdef et ab r. m. Mb, *e duobus*, tum

sumendus per misericordiam, alius per iudicium relinquendus, in quo is qui adsumeretur agnosceret quid sibi per iudicium deberetur, nisi misericordia subveniret: cur
c ille potius quam iste fuerit ad|sumptus, cum causa una esset ambobus; cur apud quosdam non factae sint virtutes, quae si factae fuissent, egissent illi homines paenitentiam et factae sint apud eos, qui non fuerant credituri. Aperitissime namque dominus dicit [6]): *Vae* [7]) *tibi Corozaim, vae tibi Bethsaida, quia si in Tyro et Sidone factae fuissent virtutes, quae factae sunt in vobis, olim in cilicio et cinere paenitentiam egissent.* Nec utique deus iniuste noluit salvos fieri, cum possent salvi esse, si
D vellent [8]). Tunc in clarissima sapientiae | luce videbitur, quod nunc piorum fides habet, ante quam manifesta cognitione videatur, quam certa et inmutabilis et efficacissima [9]) sit voluntas dei; quam multa possit et non velit, nihil autem velit quod non possit, quamque sit verum quod in psalmo canitur [10]): *Deus autem noster in caelo sursum* [11]),

---

vel erit
esset Mf. Scripsi subinde pro *assumendus, assumeretur, assumtus* cum cod. Ma *adsumendus*, *adsumeretur*, *adsumptus*. Tres codd. inter *nisi* et *misericordia* sine causa inserunt *ei*. 6) *ait* vet. ed. Vid. Matth. 11, 21. 7) *Et vae* Ma, *et ve* Mg. Tum *corozain* Mdg et e corr. r. m. Mb, *corazain* Mac et a m. pr. Mb, *chorozaim* Mi. Huius nominis scriptura eodem modo variat in codd. a Sabatiero ad S. Matthaei l. c. laudatis. Verba *fuissent virtutes quae factae* om. Mc, *essent virtutes quae factae sunt* r. m. addidit in Mb, *essent* scribunt etiam Mdefh. Supra additum tamen est *fuissent* in Mf. 8) Ita Maefgh et vet. ed., *vellet* Mbcd. Vid. quae de hac discrepantia adnotant Maurini. 9) Praebuerunt hanc lectionem pro *certa, immutabilis, efficacissima* codd. Mabcdegh et Mf, nisi quod hic habet *immutabilis*, in vet. ed. legitur *certa et immutabilis et efficac.* 10) Psalm. 113, 11. 11) Vocc. *in caelo sursum* om. Mde, agnoscunt Mabcgh et vet. ed.; in Mf exstat *in caelo et in terra*.
sursum in caelo

in caelo et in terra omnia quaecumque voluit fecit. Quod utique non est verum, si aliqua voluit, et non fecit, et quod est indignius, ideo non fecit, quoniam ne fieret
E quod volebat omnipotens, voluntas | hominis inpedivit [12]).

Non ergo fit [13]) aliquid, nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo. Nec dubitandum est deum facere bene, etiam sinendo fieri quaecumque fiunt male. Non enim hoc nisi iusto iudicio sinit: et profecto bonum est omne quod iustum est. Quamvis ergo ea [14]) quae mala sunt, in quantum mala sunt, non sint bona; tamen ut non solum bona, sed etiam sint et mala, bonum est. Nam nisi esset hoc bonum, ut essent et mala, nullo
F modo esse | sinerentur ab omnipotente [15]) bono, cui procul dubio quam facile est quod vult facere, tam facile est quod non vult esse non sinere. Hoc nisi credamus [16]) periclitatur ipsum nostrae confessionis initium, qua nos in deum patrem omnipotentem credere confitemur. Neque
232 A enim [17]) ob aliud vera|citer vocatur omnipotens, nisi quoniam quidquid vult potest, nec voluntate cuiuspiam creaturae voluntatis omnipotentis inpeditur effectus.

---

12) *hominis voluntas* Mh, *inpedivit* Mabg, *imped.* vulg. 13) *fiet* moxque *velit fieri* Mg. In seqq. *dominum facere bene* habet vet. ed. 14) *ea* om. Mg. Tum *non sunt bona* exstat in vet. ed. Proxime *sola*[um] in Mf, *sola* in Mbcdehi. 15) *omnipotenti* Mcdefgh et vet. ed., item pr. Mab. 16) *credimus*[a] Mf, *credimus* Mbcdehi. Tum *nostrae fidei confessionis* Mafg, ut edd. a Maurinis inspectae. Sed *fidei* non habent codd. rell., neque vet. ed. Adnotant editores Gallici: „Abest *fidei* a Mss. Et sic passim posita sine addito est vox *confessionis* loco symboli.“ Quod praecedit *ipsum* in Mc ante voc. *initium* insertum est. Dein *quia* (superscripto *qua*) Mf. 17) *enim* om. vet. ed., *vocatur veraciter* habet Mg. Tum *quia* pro *quoniam* Mag.

Quamobrem videndum est [18]) quemadmodum sit de deo dictum, quia et hoc verissime apostolus dixit [19]), *qui omnes homines vult salvos fieri.* Cum enim non omnes, sed multo plures non fiunt [20]) salvi, videtur utique non fieri quod deus vult fieri, humana scilicet voluntate inpediente voluntatem dei. Quando enim quaeritur causa,
B cur non om|nes [21]) salvi fiant, responderi solet, quia hoc ipsi nolunt. Quod quidem dici de parvulis non potest [22]), quorum nondum est velle, seu nolle. Nam quod infantili [23]) motu faciunt, si eorum voluntati iudicaretur esse tribuendum, quando baptizantur, cum resistunt quantum possunt, etiam nolentes eos salvos fieri diceremus. Sed apertius dominus in evangelio compellans impiam civitatem [24]) *Quotiens*, inquit [25]), *volui colligere* [26]) *filios tuos, sicut gallina pullos suos, et noluisti?* tamquam dei voluntas
C | superata sit hominum voluntate, et infirmissimis nolendo inpedientibus non potuerit facere potentissimus quod volebat. Et ubi est illa omnipotentia [27]), qua in caelo et in terra omnia quaecumque voluit fecit, si colligere filios

---

18) Haec et seqq. usque ad *quando enim quaeritur causa* desiderantur in Mi. — Statim Mg habet *de deo sit dictum*, et *apostolus verissime dixit* una cum Ma. 19) 1. Tim. 2, 4. 20) *non fiunt* et proxime *quod deus vult fieri* om. Md. Tum *inpediente* pro *impediente* recepi ex Madg. 21) Additur *homines* in Mg. 22) *de parvulis dici non potest* exhibent Magh. Verba seqq. om. Mi. 23) Ita etiam Mabcde, *infantuli* Mfghi et vet. ed. Paulo post *resistant* Mf. 24) *compellens* (a) *impiam in evangelio civitatem* Mg, *conpellans* Mabci. Subinde *inpiam* Mi. 25) Matth. 23, 37. 26) *volui*, *inquit* vet. ed., dein *collegere* Ma. Et ita in seqq., *congregare* Mf. Tum *gallina colligit* Mbc. Paulo post *inpedientibus*, cuius loco in editis est *impedientibus*, scripsi cum Mabcdgi. Cf. supra not. 20. Pro *potuerit* Mg habet *poterit* permutatione sollemni. 27) *potentia* Mi. Dein *quae* Mci et pr. Mb. Mox post *voluit* vet.

Hierusalem voluit, et non fecit? An potius illa [28]) quidem filios suos ab ipso colligi noluit, sed ea quoque nolente, filios eius collegit ipse quos voluit? *quia in caelo et in terra* [29]) non quaedam voluit et fecit, quaedam vero
D voluit et non fecit; sed *omnia quaecumque voluit* | *fecit.*

CAPUT XXVIII.

Quod deus, etsi potest convertere quoscumque voluerit, non tamen inique facit, cum alios convertit, alios autem non convertit.

25. Quis porro tam impie [1]) desipiat, ut dicat deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, in bonum non posse convertere? Sed cum facit, per misericordiam facit: cum autem non facit, per iudicium non [2]) facit. Quoniam [3]) *cuius vult miseretur, et quem vult obdurat.* Quod ut [4]) diceret apostolus gratiam commendabat, ad cuius commendationem de illis in
E Rebeccae utero geminis fuerat iam locutus, | quibus *non-*

---

ed. om. verb. *fecit.* Statim *voluit filios ierusalem* scribit Mg. *Hierusalem* recte Mabch. 28) *et illa* Mg, *et illa* Mf. Tum *collegi* Ma. Proxime *filios suos* (vel *eius*) Mf. Idem liber *ipse quos* in *quos ipse* immutat, *quos noluit ipse* (sic) habet vet. ed. 29) Psalm. 113, 11. Verba *quaedam vero voluit et non fecit* om. Mc, habet a r. m. in mg. Mb. Eadem et seqq. usque ad *quis porro* desunt in vet. ed.

Cap. XXVIII. 1) *inpie* Mi. Dein *voluntates hominum* Mf et vet. ed. Mox *et ubi voluerit* eadem editio. 2) *non* in Md erasum, in Mf superscriptum est. 3) *Quia* Mag. Statim Mdfgi *cui*, quod malim. Vid. *Sabatier.* ad hunc apostoli locum (Rom. 9, 18). Sed cum infra (p. 233. D.), ubi eadem citantur verba, exstat *cuius* sine codicum discrepantia, nihil mutavi. Coniunctionem *et* om. Mb, *indurat* habet vet. ed. 4) Ita cum Maurinorum codd. dant etiam Macdefgh et vet. ed., nec aliter pr. legebatur in Mb, in quo s. m. scripsit *cum,* quod tenent edd., quibus usi sunt Maurini. A cod. Mi haec et seqq. absunt usque ad initium cap. 29. Tum in Ma e *lo-*

dum natis, nec aliquid agentibus boni seu mali, ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia et maior serviet minori. Propter quod adhibuit alterum propheticum testimonium, ubi scriptum est [5]): *Iacob dilexi, Esau autem* [6]) *odio habui.* Sentiens autem quemadmodum posset hoc quod dictum est permovere eos, qui penetrare intellegendo [7]) non possunt hanc altitudinem gratiae [8]): *Quid ergo dicemus* [9]), ait? *Numquid iniquitas apud*
F *deum? Ab|sit.* Iniquum enim videtur, ut sine ullis bonorum malorumve operum meritis unum deus diligat, oderit alterum [10]). Qua in re [11]) si futura opera vel bona huius vel mala illius, quae deus utique praesciebat, vellet intellegi, nequaquam diceret, *non ex operibus;* sed diceret,
288 A ex futuris operibus, | eoque modo istam solveret quaestionem; immo nullam, quam solvi opus esset, faceret quaestionem. Nunc vero cum respondisset, *absit*, id est, ut sit [12]) iniquitas absit apud deum; mox ut probaret nulla

---

cuius enatum est *loquutus.* Paulo post in vet. ed. exstat *sive mali.* Ad *electionem* (male *dilectionem* Md et pr. Me) in Mf. additur *dei.* Statim *non ex operibus maneret* scribit Mh, dein *dictum ei est* Mc et Mf *quoniam maior.* Vid. Rom. 9, 11. 5) Malach. 1, 2. 6) *autem* om. 7) Ita Mac et e corr. Mb. Dein *hanc* corr. m. supra addidit in Mf, *altitudinem hanc* exhibet Mh. 8) Rom. 9, 14. 9) *dicimus* Mbcf. *Nunquid* Mde. Post *iniquitas* Mabcefgh interponunt *est*, quod in Md corr. m. expunxit. *Absit* una cum vet. ed. om. Mcdeh idque supra adscripsit r. m. in Mb. 10) *alterum oderit* Mfh. 11) Praepositionem, quam om. Mc, Mb a corr. m. habet. Mox *intellegi* scribitur in Mabcde. Paulo post *solveret istam quaestionem* dat vet. ed., *istam* om. Mg. Item verba proxima *immo nullam — faceret quaestionem* Mh. Pro *quaestionem* Ma habet *mentionem.* 12) *ut sit* corr. m. supra adiecit in Mf. Idem liber subinde exhibebat *hoc esse iniquitate.* Deleto tamen v. *esse* posthac super-

hoc iniquitate dei fieri, inquit: *Moysi enim dicit, miserebor cuius misertus ero, et misericordiam praestabo cui misericors fuero.* Quis enim nisi insipiens deum iniquum putet, sive iudicium paenale ingerat digno, sive misericordiam praestet indigno? Denique infert et dicit [13]:
B *Igitur non volentis, ne|que currentis, sed miserentis est dei.* Ambo itaque gemini natura filii irae [14] nascebantur, nullis quidem operibus propriis, sed originaliter ex Adam vinculo damnationis obstricti. Sed qui [15] dixit: *Miserebor cuius* [16] *misertus ero,* Iacob dilexit per misericordiam gratuitam, Esau autem odio habuit per iudicium debitum. Quod cum deberetur ambobus [17], in altero alter agnovit non de suis distantibus meritis sibi esse gloriandum, quod in eadem causa idem supplicium non
C incurrit, sed de divinae gra|tiae largitate, quia *non volentis, neque currentis, sed miserentis est dei.* Altissimo quippe ac saluberrimo sacramento universa facies, atque, ut ita [18] dixerim, vultus sanctarum Scripturarum bene intuentes [19] id admonere invenitur, *ut qui gloriatur, in domino glorietur.* Cum autem dei misericordiam commendasset in eo

---

scriptum est *dei fieri.* Verb. *inquit* h. l. om. Mabfg et vet. ed. Tum *Moyses enim dicit*, *inquit* dant Mcdefh, quibus adstipulatur etiam vet. ed. Et ita pr. legebatur in Mb, in quo nunc est *dicit, inquit.* Mag exhibent *inquit, cui* (ita et Mbeh. Cf. *Sabatier.*) *misertus ero.* Dein iidem libri male *misertus* pro *misericors.* Vid. Rom. 9, 15. Exod. 33, 19. 13) Rom. 9, 16. 14) *irae filii* Mbcdefh. 15) *quid* Mde, *quod* vet. ed. 16) *cui* Mfgh. 17) *ambobus deberetur* Mg. Tum *alter* (vel *alterum*) Mf, *alterum* Mag. Subinde *obstantibus* Mg, *substantibus* pr. Mf. Post *sed* abest *de* a Madg et vet. ed., in qua subinde legitur *neque volentis.* 18) *ita* ab r. m. superscriptum est in Mb, omissum in Mc. 19) *intuens* Madfg c. vet. ed., item pr. Mh.

quod ait: *Igitur*[20] *non volentis, neque currentis, sed miserentis est dei;* deinde ut etiam iudicium commendaret (quoniam in quo non fit misericordia, non iniquitas fit,
D sed iudi|cium; non est quippe iniquitas apud deum), continuo subiunxit atque ait[21]: *Dicit*[22] *enim Scriptura Pharaoni quia ad hoc te excitavi, ut ostendam in te potentiam meam, et ut adnuntietur nomen meum in universa terra.* Quibus dictis ad utrumque concludens, id est et[23] ad misericordiam et ad iudicium, *ergo,* inquit[24] *cuius vult miseretur*[25]*, et quem vult obdurat.* Miseretur scilicet magna bonitate, obdurat[26] nulla iniquitate, ut nec liberatus de suis meritis glorietur, nec damnatus, nisi de
E suis | meritis, conqueratur. Sola enim[27] gratia redemptos discernit a perditis, quos in unam perditionis concreverat massam ab origine ducta causa communis. Hoc autem qui eo modo audit, ut dicat[28]: *Quid adhuc conqueritur? nam voluntati eius quis resistit?* tamquam propterea malus non videatur esse culpandus, quia deus *cuius*[29] *vult miseretur, et quem vult obdurat:* absit ut pudeat nos hoc respondere, quod respondisse videmus apostolum[30]:

---

20) *ergo* vet. ed. Infra *subiecit* pro *subiunxit* Mag. 21) Rom. 9, 17. Exod. 9, 16. 22) *Dixit* Md. Dein *potentiam* confirmant mei libri omnes. Statim *ut* om. Madeg, *adnuntietur* pro *annunt.* praebuerunt Mabcgh, *adnuncietur* habet vet. ed. 23) *et* om. Mbc. Item vet. ed. et alt. loc. *ad.* 24) Rom. 9, 18. 25) *miseretur deus* Mag et e corr. Mf. Tum *indurat* Mag et vet. ed. 26) *et obdurat* Mafg. Mox *nisi* omissum in Mde, superscriptum in Mf. 27) *ergo* Mf. Ante *gratia* Mg infert *dei.* Tum *in una — massa* Me, et omissa praepositione Md, Mf pr. *ducta communis causa.* Voc. *causa* deest in vet ed. 28) Rom. 9, 19. *Conqueritur deus* habet vet. ed. 29) *cui* Mbc. Statim *indurat* Mag, vel *in* *obdurat* Mf. Vid. not. 25. 30) Rom. 9, 20 et 21.

O [31]) *homo tu quis es, qui respondeas deo? Numquid* [32])
F *dicit figmentum* | *ei qui se finxit: Quare me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere, aliud quidem vas in honorem, aliud vero* [33]) *in contumeliam?* Hoc loco enim quidam [34]) stulti putant apostolum in responsione defecisse et inopia reddendae rationis repressisse contradictoris audaciam. Sed magnum habet pondus quod dictum est: *O homo tu quis es?* Et in talibus [35]) quaestionibus ad suae capacitatis considerationem revocat hominem verbo quidem brevi, sed
G re ipsa magna est redditio rationis. Si enim [36]) | haec non capit quis est qui respondeat deo? Si autem capit, magis non invenit quid [37]) respondeat. Videt enim [38]), si capit, universum genus humanum tam iusto iudicio divino in apostatica radice damnatum, ut etiam si nullus inde liberaretur, nemo recte posset dei vituperare iustitiam; et qui
284 A li|berantur, sic oportuisse liberari, ut ex pluribus non liberatis atque in damnatione iustissima derelictis osten-

---

31) *O* h. l. et infra om. Mde. Tum *quod* pro *qui* vet. ed. 32) *Nunquid* Mde. Dein *fecit*, e corr. *finxit* Mf. Pro *quare* Mg *quid*, Mbch et vet. ed. *sic me fecisti*, Mde *me sic fecisti*. 33) *vero* om. Mbc, superscriptum habet Mf. 34) *quidem* Mef. Verb. *repressisse* permutatum est cum *repperisse* in Mg, *reperisse* dat vet. ed. 35) Ita Mbcdeh, *et* ut *in talibus* — — *revocaret* Mf, *et ut in t.* — — *revocaret* vet. ed., *et in tal. ut* — — *revocaret hominem, verbo* — *brevis* Mg, *revocaret* etiam Ma, *revocare* Mbch. Tum *verbum breve* vet. ed. 36) *enim* om. Me, *enim* item et *non capit* Md, *deo*, quod abest a Mcb, r. m. supplevit in Mb. Verba *quis est* — — *capit* librarii incuria exciderunt in Mg; *quis est qui non capiat; quis est qui non respondeat* absque *deo* exhibet vet. ed. 37) *quod* Mg. 38) *ergo* Mf. In seqq. ante *dei*, quod om. Mg, Mb interponit *et*. In Mc haec particula erasa est. Paulo post *iustissima in dampnatione* exhibet Mg, *in dampnationem iustissimam* Mf.

deretur quid meruisset universa consparsio et quo etiam istos debitum iudicium dei duceret, nisi eis indebita misericordia subveniret, ut volentium de suis meritis gloriari [39]) *omne os obstruatur* et [40]) *qui gloriatur in domino glorietur.*

CAPUT XXIX.

Nihil fieri praeter voluntatem dei. Per bonas aeque ac malas voluntates hominum impleri. Eam invictam semper esse, et semper bonam. Excutitur dictum apostoli: Qui vult omnes homines salvos fieri.

26. Haec sunt *magna opera domini, exquisita in*
B *omnes voluntates eius* [1]), et tam sapienter exquisita, | ut cum angelica et humana creatura peccasset, id est, non quod ille, sed quod voluit ipsa fecisset, etiam per eandem creaturae voluntatem, qua factum est quod creator noluit, inpleret ipse quod voluit, bene utens et malis, tamquam summe bonus, ad eorum damnationem, quos iuste praedestinavit ad paenam et ad eorum salutem, quos benigne praedestinavit ad gratiam. Quantum enim [2]) ad ipsos attinet,

---

Subinde codices fluctuant inter *consparsio* et *conspersio.* Statim *et quod — dampnaret* scribunt Mdef, *et quod — — damnaret* reperitur in vet. ed. Deleto verbo *duceret* r. m. in Mb superposuit *dampnaret,* in Mf corr. m. veram lectionem inter lin. restituit. Ibidem supra *istos* notatum est „vel *iustos.*“ Pro *eis* in Madegh legitur *eius,* in Mc *eius debita,* quod primo habebat etiam Mb, ubi postmodum correctum est *eis indebita.* Tum *et* pro *ut* Mbdefh. 39) Rom. 3, 19. — *et* superscripto ab r. m. *ut* Mb. 40) 1. Cor. 1, 31.

Cap. XXIX. 1) Psalm. 110, 2. Pro *creatura* Mi habet *natura.* Tum *quod non ille* Mc, *voluit* pr. omissum r. m. post *ipsa* supra addidit. Subinde *eandem,* non *eamdem* codd. omnes et vet. ed., *qua* in Mbc r. m. correxit e *quia,* quod reperitur in Mg. *Inpleret* pro *impl.* recepi ex Mi. Verba *ad paenam — — praedestinavit* in eodem libro desunt. 2) *vero* Mf. Tum *ad istos* vet. ed. Recte

quod deus noluit fecerunt; quantum vero ad omnipoten-
C tiam dei, | nullo modo id efficere valuerunt. Hoc quippe ipso quod contra voluntatem [3]) fecerunt eius, de ipsis facta est voluntas eius. Propterea namque *magna opera domini*, *exquisita* [4]) *in omnes voluntates eius*, ut miro et ineffabili modo non fiat praeter eius voluntatem, quod etiam contra eius fit voluntatem. Quia non [5]) fieret, si non sineret, nec utique nolens sinit, sed volens; nec sineret bonus fieri male, nisi omnipotens et de malo facere posset bene.

D Aliquando autem bona voluntate homo | vult aliquid, quod deus non vult, etiam ipse [6]) bona multo amplius multoque certius voluntate; nam illius mala voluntas esse numquam potest. Tamquam si bonus filius patrem velit vivere, quem deus bona voluntate vult mori [7]). Et rursus [8]) fieri potest, ut hoc velit homo voluntate mala, quod deus vult bona, velut si malus filius velit mori patrem, velit hoc etiam deus. Nempe ille [9]) vult quod non vult deus;

---

attinet Mbcdeghi cum vet. ed., *adtinet* ed. Maur. Cf. ad cap. III. not. 14. Infra *id facere valuerunt* habet vet. ed. 3) Additur *dei* in Mafg. Tum *fecerunt* supra *fecerant* correctum in Mf. Quod sequitur *eius* om. Mag. Dein mutato ordine in Mei legitur *voluntas eius facta est.* 4) *exquisita sunt* Mfh. Mox *praeter voluntatem eius* Mf. Tum *fit contra eius voluntatem* Mg. 5) *non* r. m. supplevit in Mg. Idem liber habet *si ipse non sineret.* In seqq. *bonus* pr., posthac *bonum* Mb, *bono* Mg. Tum *posset facere bene* vet. ed. 6) *et ipse* Mi, *ipsa* Mc et a m. pr. Mb, *bona ipse* Mg. Statim *et certius*, e corr. *multoque certius* Mf. Dein *mala esse voluntas* Mh. 7) *emori* Mc et pr. Mb. 8) *rursum* Mf. Dein *mala voluntate* Mei, *vult* om. Mi. Paulo post *patrem mori* habet Mf. Idem subinde *etiam hoc. Hoc* om. vet. ed. 9) *Namque illi* perperam Mc et pr. Mb. Quod sequitur *vult* om. Madefghi et vet. ed., dein *quod non deus vult* scribunt Mdei. Tum Mi ita pergit: *iste*

iste vero id vult quod vult et deus, et tamen bonae dei vo-
E luntati | pietas illius potius consonat, quamvis aliud volentis, quam huius idem volentis impietas. Tantum interest quid velle homini, quid [10]) deo congruat, et ad quem finem suam quisque referat voluntatem, ut aut probetur aut inprobetur. Nam deus quasdam voluntates suas, utique bonas [11]), inplet per malorum hominum voluntates malas, sicut per Iudaeos malivolos bona voluntate patris pro nobis Christus occisus est; quod tantum bonum factum est, ut apostolus Petrus,
F | quando id fieri nolebat, satanas ab ipso qui occidi venerat diceretur. Quam bonae adparebant [12]) voluntates piorum fidelium, qui nolebant apostolum Paulum Hierusalem pergere, ne ibi pateretur mala, quae Agabus propheta praedixerat: et tamen deus haec illum pati volebat pro adnuntianda fide Christi, exercens martyrem Christi. Neque [13]) istam bonam voluntatem suam inplevit per Christianorum voluntates bonas, sed per Iudaeorum malas, et ad eum

---

vero, qui id vult, quod et deus vult, Mg habet *quod vult deus*. Mox *bonae voluntati* (pr. *voluntate*) *dei* dant Mag. Voc. *dei* pr. omissum in Mb r. m. ante *bonae* superscripsit idque post *bonae* erasum videtur. In clausula Mi exhibet *inpietas*. 10) *quid* — — *quod* Mi, *quod* – — *quod* confusione sollemni Mg. Mox *aut* post *ut* om. Mbcdefhi. Tum *adprobetur* dant Magi, *approbetur* ceteri c. vet. ed., *vel* pro *aut* Mg, *inprobetur* Magh, *improbetur* ceteri codd. c. editis libris. 11) *utique bonas* om. Mg. Statim *ita implet* legitur in Mag, *inplet* pro *implet* receptum ex Mi. Post *voluntates malas* irrepsit *bona voluntate* in Mh. Tum *de iudaeis malivolis* dat Mc, *malivolos* pro vulgat. *malevolos* tenent rell. libri Mss. omnes et vet. ed. Dein alio ordine Mafg habent *xps pro nobis*. De seqq. vid. Matth. 16, 23. 12) Ita pro *apparebant* sponte scripsi. *Hierusalem* bene Mabcdg, *iherusalem* vet. ed., *herusalem* Mh, *ierusalem* ceteri, ut vulg. De re vid. Act. 21, 12. Mox pro *annuntianda* ex codd. Mabcg dedi *adnuntianda*. 13) *Neque enim* Mg, *illam* pro *istam* vet. ed. Tum *inplevit* Mhi, vulg. *implevit*. In seqq. *ad eos*

C potius pertinebant qui nollebant quod volebat, quam illi per quos volentes factum est quod volebat, quia id ipsum quidem, sed ipse per eos bona, illi autem mala voluntate fecerunt.

Sed quantaelibet sint voluntates vel angelorum vel hominum, vel bonorum vel malorum, vel illud quod deus,
285 A vel aliud vollentes, quam deus, omnipotentis voluntas [14]) semper invicta est, quae mala esse numquam potest, quia etiam cum mala inrogat, iusta est et profecto quae iusta est, mala non est. Deus igitur [15]) omnipotens sive per misericordiam cuius vult misereatur, sive per iudicium quem vult obduret, nec inique aliquid facit, nec nisi volens quicquam facit et omnia quaecumque vult facit.

27. Ac per hoc cum audimus [16]) et in sacris litteris
B legimus, quod velit omnes homines salvos | fieri, quamvis certum sit nobis non omnes homines salvos fieri, non tamen ideo debemus omnipotentissimae dei voluntati aliquid derogare, sed ita intellegere quod scriptum est [17]): *Qui omnes homines vult salvos fieri* [18]), tamquam diceretur,

---

potius pertinebant vet. ed. 14) *quam deus, dei omnipotentis voluntas* Mag, *quam dei omnip. vol.* Mdei. Ita et Mf, omissa tamen voc. *omnipotentis*. Tum *quae semper* Me, *haec semper* Mi. Dein *quia etiam* Madegh, *qui* Mc. Item pr. Mb, a sec. m. *quae*, ut quidam Maurinorum libri. Scripturam *inrogat* pro vulg. *irrogat* exhibent Mabh. 15) *Deus ergo* vet. ed., *omnipotens* om. Md. Tum *miseretur* — *obdurat* scribit Mf, *miseretur* — *obduret* Mh. Mox *fecit* Mg. Pro *quidquam* recte *quicquam* codd. omnes et vet. ed. Verba *et omnia quaecumque vult facit*, quae ab r. m. in mg. habet Mb, Mc om. 16) *quod audivimus* Mbc. Subinde voc. *homines* utroque loco abest a Mf. Paulo post ibidem legitur *omnipotenti*, superscripta tamen est vera lectio. Tum alio ordine *derogare aliquid* Mi, *intellegere* Mbcdh, *quod* om. Mh. 17) 1. Tim. 2, 4. 18) *qui vult omnes , homines , salvos fieri* Mf, *salvos vult* Mh. Mox *nullum hominem fieri*

nullum hominem fieri salvum, nisi quem fieri ipse voluerit; non quod nullus sit hominum, nisi quem salvum fieri velit; sed quod nullus fiat, nisi quem velit, et ideo sit rogandus ut velit, quia necesse est fieri si voluerit. De orando
C quippe deo [19]) age|bat apostolus, ut hoc diceret. Sic enim [20]) intellegimus et quod in evangelio scriptum est [21]): *Qui inluminat* [22]) *omnem hominem*, non quia nullus est hominum qui non inluminetur, sed quia nisi ab ipso nullus inluminatur. Aut certe sic dictum est [23]): *Qui omnes homines* [24]) *vult salvos fieri*, non quod nullus hominum esset, quem salvum fieri nollet, qui virtutes miraculorum facere noluit apud eos quos dicit acturos fuisse paenitentiam si fecisset, sed ut *omnes homines* [25]) omne genus
D humanum intellega|mus per quascumque differentias distributum, reges, privatos, nobiles, ignobiles, sublimes, humiles, doctos, indoctos, integri corporis, debiles, ingeniosos, tardicordes, fatuos, divites, pauperes, mediocres,

---

Mf, *salvum fieri* Mg. Inter *fieri* et *ipse* in Mb r. m. supra adiecit *salvum*. Dein *non sic quod nullus sit hominum* vet. ed. Paulo post *fieri salvum velit* Mf. Idem liber in seqq. *si ipse voluerit*. 19) *De orando deo quippe* Mbcdh et vet. ed., quae deinde habet *cum* pro *ut*. 20) *Sic ergo* Mf, tum *intellegimus* Mabcdeh. 21) Ioann. 1, 9. 22) *inluminat* Mabh, *nullus est* , *hominum* *qui* Mf, *inluminetur* Mah, *l* *inluminetur* a pr. m. Mb, *ab illo* pro *ab ipso* Mbc, *inluminatur* Mabch. 23) *sicut* pro *sic* Ma, *est dictum* Mf. 24) *homines* om. Mfh. Tum *nullus* , *hominum* *esset* Mf. Deinceps *quem non salvum fieri vellet* Mg. In seqq. *acturos esse* Mf. 25) *homines* supra additum in Mf. Tum *genus humanum* cum ed. Maur. exhibent Madg, *humanum genus* dat Mf, *genus hominum* scribunt Mbcehi, quibuscum conspirat vet. ed. *Intellegamus* testantur Mabch. Paulo post *et ignobiles* exstat in Mf, tum *et indoctos* in Mgh, *tardi cordis* in Mh,

mares, feminas, infantes, pueros, adulescentes, iuvenes, seniores, senes; in linguis omnibus, in moribus omnibus, in artibus omnibus, in professionibus omnibus, in voluntatum et conscientiarum varietate innumerabili constitutos, et si quid
E aliud differentiarum est in homi|nibus. Quid est enim [26]) eorum unde non deus per unigenitum suum dominum nostrum per omnes gentes salvos fieri homines velit et ideo faciat; quia omnipotens velle inaniter non potest, quodcumque voluerit? Praeceperat enim apostolus [27]) „ut oraretur *pro omnibus hominibus*" et specialiter addiderat *pro regibus, et his, qui in sublimitate sunt*, qui putari poterant fastu et superbia saeculari a fidei Christianae humilitate abhorrere. Proinde dicens: *Hoc enim* [28])
F *bonum est coram salvatore nostro deo,* | id est, ut etiam pro talibus oretur, statim ut desperationem tolleret addi-

---

tardi corde (ita pr. etiam Mb) in Mc et in vet. ed. Scripturam antiquam *adulescentes* (*aduliscentes* ante legebatur in Mb) recepi ex Mc. Vox *seniores* supra est addita in Mf. Deinde *in linguis omnium* habet Mi, *omnibus* in Mf ubique superscriptum est; *in moribus omnibus* om. Mgi. Mox et *in conscientiarum varietate* scribit Mf idemque *est differentiarum*, Mg *omnibus* pro *hominibus*. 26) *Quid est ergo* Mf. In seqq. Mbc exhibent *salvos omnes fieri*, Mafgh et vet. ed. *salvos homines fieri*, om. v. *homines* Mdei. Subinde *faciat* tuentur codd. mei omnes et vet. ed. 27) 1. Tim. 2, 1. seqq. *Pro omnibus hominibus* praestant octo codd. itemque vet. ed., Mf om. *hominibus*. Dein *addidit* male Mh. Pro *iis* octo codd. *his*, Mi, ut solet, *hiis* et vet. ed. Mox *fastum et superbiam saecularem fidei Christianae humilitatem* (sic) *abhorrere* Mf. Praepositionem *ante fidei Chr. hum.* om. Mabc, *a fide* habet Mg, *humilitatem* reperitur etiam in Ma et e corr. r. m. in Mbg. 28) *vero* pro *enim* Mf, *est* om. Mg, tum *salvatore nostro* Mf, *salutari nostro* dant Macdehi, nec aliter pr. legebatur in Mb, *salutari salvatore nostro* inepte scribit Mg. Dein *ideo ut* Mc et pr. Mb, *etiam* abest a Mf. Proxime *si enim* Mc, *statim* e corr. Mb, *addit* Mbc. Voc.

dit: *Qui omnes homines vult salvos fieri et in agnitio-
nem veritatis venire.* Hoc quippe deus bonum iudicavit,
ut orationibus humilium dignaretur salutem praestare sub-
limium: quod utique iam videmus inpletum [29]. Isto lo-
cutionis [30]) modo et dominus est usus in evangelio, ubi
ait pharisaeis [31]): *Decimatis* [32]) *mentam et rutam et omne
holus.* Neque enim pharisaei et quaecumque aliena et
c omnium per omnes terras alie|nigenarum omnia holera
226 A decimabant. Sicut ergo | hic *omne holus*, omne holerum
genus [33]); ita et illic *omnes homines*, omne hominum
genus intellegere possumus, et quocumque alio modo in-
tellegi potest, dum tamen credere non cogamur aliquid
omnipotentem voluisse fieri factumque non esse: qui sine
ullis ambiguitatibus *in caelo et in terra*, sicut eum veritas
cantat [34]), *omnia, quaecumque voluit, fecit*, profecto
facere noluit quodcumque non fecit.

---

homines om. Mf, inverso ordine *salvos vult fieri* habent Mdeg, *ad agnitionem* Mag et a r. m. Mb. Congruit vet. ed., in qua subinde legitur *pervenire.* 29) *inpletum* Mi, *impl.* ceteri libri scripti et editi. 30) *locutionis* in Ma mutatum est in *loquutionis*; alio ord. *modo locutionis* exhibet Mh. 31) Luc. 11, 42. 32) *Qui decimatis* vet. ed., *et rutam* om. Mb. Post *rutam* Ma interponit *et ciminum*, quod supra additum est in Mf; sed scr. potius *cyminum* (Graec. *κύμινον*) sive *cuminum*, Mg perperam habet *cimium*. Tum *holus*, *holera* pro *olus*, *olera* et hic et in seqq. praestant codd. uno excepto omnes, ut supra cap. XXIV., ubi vid. not. 68. 33) *Sicut ergo et huic* vet. ed. Dein *omne herbarum genus* Me, *omne genus herbarum* Mi. Statim *intellegere* Mabc, tum *intelligi* Mabce. Voc. *deum*, quod a codd. et a vet. ed. abest, omittendum censui; Mdf habent *ab omnipotente voluisse.* Dein *facere* pro *fieri* Mbc. Apte om. codd. Madefghi et vet. ed. coni. *si* ante *in caelo*. Quare expunxi. Pro *sicut* in Mbc est *sicuti.* Iidem libri *eum* om., Mh perperam habet *enim.* Confirmant *eum* codd. rell. 34) Psalm. 113, 11. Tum *voluerit* Mdi.

B 28. Quapropter etiam primum hominem | deus [35]) in ea salute, in qua conditus erat, custodire voluisset eumque oportuno tempore post genitos filios sine interpositione mortis ad meliora perducere, ubi iam non solum peccatum non committere, sed nec voluntatem posset habere peccandi, si ad permanendum sine peccato, sicut factus erat, perpetuam voluntatem habiturum esse praescisset. Quia vero eum male usurum libero arbitrio, hoc est, peccaturum esse praesciebat, ad hoc potius [36]) praeparavit voluntatem
C suam, ut | bene ipse faceret etiam de male faciente, ac sic hominis voluntate mala non evacuaretur, sed nihilo minus inpleretur omnipotentis bona. Sic enim oportebat prius hominem fieri, ut et bene velle posset [37]) et male; nec gratis, si bene; nec inpune, si male: postea vero sic erit, ut male velle non possit; nec ideo libero carebit arbitrio. Multo quippe liberius erit arbitrium, quod omnino non poterit servire peccato. Neque enim culpanda est voluntas, aut voluntas non est, aut
D li|bera dicenda non est, qua beati esse sic [38]) volumus, ut esse miseri non solum nolimus, sed nequaquam prorsus velle possimus. Sicut ergo anima nostra etiam nunc [39]) nolle infelicitatem, ita nolle iniquitatem semper habitura

35) *si deus* Mh, *si custodire* Mbcdefi et vet. ed., *eum* sine *que* Mdefi. De scriptura *oportuno*, quam octo codd. et vet. ed. pro *opportuno* exhibent, vid. quae adnotavi ad Ambros. de Officiis p. 267. Excidit *mortis* in Mh. Tum *perduceret* male Madefgi. Ante *committere* octo codd. et vet. ed. *non* om. Dein *possit* Macg et pr. Mb. Mox *factus est* Mc. Idem liber ante *praescisset* inserit *non*, quod in Mb erasum est. 36) *potius* om. Md. In seqq. *inpleretur* receptum e Mhi. Ante *bona* r. m. in Mb supra addidit *voluntas*. 37) *possit* Mag. Subinde *si bene possit* Mb. Statim *inpune* pro *impune* dedi ex octo codd. Paulo post Mdei scribunt *arbitrio carebit*. 38) *sic esse* Mdei. 39) *nunc* om. Mh. Vocc. *ita nolle iniquitatem*, quae ab r. m. in mg. habet Mb, in Mc de-

est. Sed ordo praetermittendus non fuit, in quo deus [40]) voluit ostendere, quam bonum sit animal rationale, quod etiam non peccare possit, quamvis sit melius quod peccare non possit, sicut minor fuit inmortalitas, sed tamen fuit, x in qua posset etiam | non mori, quamvis maior futura sit in qua non possit mori. Illam [41]) natura humana perdidit per liberum arbitrium, hanc est acceptura per gratiam, quam fuerat, si non peccasset, acceptura per meritum, quamvis sine gratia nec tunc ullum meritum esse potuisset. Quia etsi peccatum in solo libero arbitrio erat [42]) constitutum, non tamen iustitiae retinendae sufficiebat liberum arbitrium, nisi participatione inmutabilis boni divinum ad-y iutorium praeberetur. Sicut enim [43]) mori est in ho|minis potestate, cum velit; nemo est enim, qui non se ipsum, ut nihil aliud dicam, vel non vescendo possit occidere; ad tenendam vero vitam voluntas non satis est, si adiu-

---

sunt. 40) *dominus* Mbc. Ante *peccare* negans particula in Mb erasa, in Mdegi et vet. ed. omissa est. Mox pro *immortalitas* octo codd. praebuerunt *inmortalitas*. Proxime *in quo* male scribit Mc, nec aliter pr. legebatur in Mb. Ante *mori* in Mb *non* erasum, a rec. autem manu supra additum est. Deinde Mci scribunt *posset*, quod a m. pr. habebat etiam Mb. 41) Adnotant editores Maurini: „Frustra monet Lambertus Danaeus ut *illam* referamus ad voluntatem hominis, de qua superiori capite. Verior Petri Lombardi interpretatio sic locum citantis in 2. Sent. d. 29. c. 1. *Illam*, inquit, *inmortalitatem, in qua poterat non mori natura humana, perdidit per liberum arbitrium; hanc vero, in qua non poterit mori, acceptura est per gratiam.*" *Illa* male habet vet. ed. 42) *in solo erat libero arbitrio* Made et vet. ed., *in solo erat arbitrio libero* Mbc. Paulo post *partitione* vet. ed. Tum *inmutabilis* septem codd. pro *immutabilis*. 43) *enim* in Mcg omissum, in Mb a r. m. superscriptum est. In seqq. vet. ed. habet *posset*. Statim vulgatum verborum ordinem: *ad vitam vero tenendam*, praeeuntibus libris meis omnibus ita inverti: *ad tenendam vero vitam*; in vet. ed. le-

toria sive alimentorum sive quorumcumque tutaminum
desint; sic homo in paradiso ad se occidendum relinquendo
iustitiam idoneus erat per voluntatem, ut autem ab eo
teneretur vita iustitiae, parum erat velle, nisi ille qui eum
fecerat adiuvaret. Sed post illam ruinam maior est mi-
G sericordia dei, quando | et ipsum arbitrium [44]) liberandum
237 A est a servitute, | cui dominatur cum morte peccatum. Nec
omnino per se ipsum, sed per solam dei gratiam, quae
in fide Christi posita est, liberatur, ut voluntas ipsa, sicut
scriptum est, a domino praeparetur, qua cetera dei munera
capiantur, per quae veniatur ad munus aeternum.

Unde et ipsam vitam aeternam, quae certe [45]) merces
est operum bonorum, gratiam dei appellat apostolus [46]):
Stipendium enim [47]), inquit, *peccati mors, gratia autem
dei vita aeterna in Christo Iesu domino nostro.* Sti-
B pendium pro ope|re militiae debitum redditur, non donatur;
ideo dixit: *Stipendium peccati mors*, ut mortem peccato
non inmerito [48]) inlatam, sed debitam demonstraret. Gratia
vero [49]) nisi gratis est, gratia non est. Intellegendum [50])
est igitur etiam ipsa hominis bona merita esse dei munera,
quibus cum vita aeterna redditur, quid nisi gratia pro

---

gitur *ad tenendum vero vitam*. Tum *sat est* dant Macgh et sic pr. habebat Mb. Mox *quorumque* est in Mh. Dein *ad se* om. Mc. In seqq. abest *vita* ante *iustitiae* a Mi moxque *ille* a Mg. 44) *liberum arbitrium* exhibent Mfg. 45) *certe* (non *certa*, ut tres edd. et aliquot Mss. apud Maur.) mei codd., *recte* vet. ed. Tum *est merces bonorum operum* Mg, *bonorum operum* item Mdei, *est* om. Mi. 46) Rom. 6, 23. 47) Quod vulgo additur *enim* omisi suadentibus libris Mss. meis omnibus, quibuscum congruit etiam vet. ed. 48) Ita codd. omnes, *immerito* vulg.; *inlatam* pro *illatam* Mabcgh. Tum *monstraret* Mefi. 49) *vero* abest a Mf. 50) Ita Mabcde, *igitur* om. Mf, *ergo* habet vet. ed. Verba: *quid nisi gratia — redditur*

gratia redditur? Sic ergo factus est homo rectus, ut et manere in ea rectitudine posset non sine adiutorio divino [51]), et suo fieri perversus arbitrio. Utrumlibet horum
C | elegisset, dei voluntas fieret, aut etiam ab illo, aut certe de illo. Proinde quia suam maluit facere quam dei, de illo facta est voluntas dei, qui ex eadem massa perditionis [52]), quae de illius stirpe profluxit, facit aliud vas in honorem, aliud in contumeliam: in honorem per misericordiam, in contumeliam per iudicium, ut nemo glorietur in homine ac per hoc, nec in se.

Nam neque per ipsum liberaremur unum mediatorem dei et hominum hominem Iesum Christum [53]), nisi esset
D | et deus. Sed cum [54]) factus est Adam, homo scilicet rectus, mediatore non opus erat. Cum vero [55]) genus humanum peccata longe separaverunt a deo, per mediatorem, qui solus sine peccato natus est, vixit, occisus est, reconciliari nos oportebat deo usque ad carnis resurrectionem in vitam aeternam, ut humana superbia per humilitatem dei argueretur ac sanaretur, et demonstraretur homini quam longe a deo recesserat, cum per incarnatum deum

---

in Mc desunt, *q^o d nisi* male scribit Mg. Cum eo conspirat vet. ed. Sequentia usque ad cap. 30. desiderantur in Mi. 51) *sine divino adiutorio* Mabcefgh et vet. ed. Tum *sed* pro *et* Mg. 52) *ex eadem perditionis massa* exhibet vet. ed. Mox post *misericordiam* additur *dei* in Mde. 53) *Christum Iesum* Mbcdeh. 54) Deest *cum* in Mg, *esset* pro *est* exhibent Mcdeg et vet. ed., in qua subinde legitur *homo adam scilicet rectus*, tum ibidem *mediator*, ut in codd. Mabcgh. Liber Mh addit *ei*, quod in Ma r. m. superscripsit. 55) *Cum ergo* et *longe peccata separaverunt* Mg. Paulo post Mc ante *occisus* infercit *et*, quod r. m. supra addidit in Mb. Perperam *oportet* Mc. Statim *usque in resurrectionem* vet. ed. Deinde *ut et humana superbia* Madegh c. vet. ed. In seqq. post *revocaretur*

E revocaretur, et exemplum obe|dientiae per hominem deum contumaci homini praeberetur, et unigenito suscipiente formam servi, quae nihil ante meruerat, fons gratiae panderetur, et carnis etiam resurrectio redemptis promissa in ipso redemptore praemonstraretur, et per eandem naturam, quam se decepisse laetabatur, diabolus vinceretur, nec tamen homo gloriaretur, ne iterum superbia nasceretur; et si quid aliud de tanto mediatoris sacramento a proficientibus videri et dici potest, aut tantum videri, etiam
F si di|ci non potest.

CAPUT XXX.

De receptaculis animarum ante resurrectionem. Sacrificium altaris et eleemosynae pro defunctis, quatenus et quibusnam prosint.

29. Tempus autem, quod inter hominis mortem et ultimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut unaquaeque digna est vel requie,
288 A vel aerumna [1]), pro eo | quod sortita est in carne cum viveret. Neque negandum est defunctorum animas pietate suorum viventium relevari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosynae in ecclesia fiunt. Sed eis haec [2]) prosunt, qui cum viverent, ut haec sibi postea

---

abest coniunctionis particula *et* a codd. Mbc. Cuius loco r. m. post *exemplum* in Mb. superscripsit *que*, codd. autem Mag et vet. ed. exhibent *ac per hominem deum* (*et* vet. ed.) *exemplum obedientiae*, Mc dat *oboedientiae*. De qua scriptura in codd. vetustis non insolita vid. quae adnotavi ad Ambros. de Officiis p. 293. Post *obedientiae* vet. ed. male repetit *per hominem deum*. Infra codd. omnes et vet. ed. recte habent *per eandem* (pro *eamdem*) *naturam*. Tum *gloriaretur homo* legitur in Mf.

Cap. XXX. 1) *aerumpna* Mgi et vet. ed. Post *viveret* liber posterior transilit ad init. cap. seq. 2) *haec* om. Mde. Iidem codd.

possent prodesse meruerunt. Est enim [3]) quidam vivendi modus, nec tam bonus, ut non requirat ista post mortem, nec tam malus, ut ei non prosint ista post mortem; est vero talis in bono, ut ista non requirat, et est rursus
B talis in | malo, ut nec his valeat, cum haec vita transierit, adiuvari. Quocirca hic omne meritum conparatur [4]), quo possit post hanc vitam relevari quispiam vel gravari. Nemo se autem speret [5]), quod hic neglexerit, cum obierit, apud deum promereri. Non igitur [6]) ista, quae pro defunctis commendandis frequentat Ecclesia, illi apostolicae sunt adversa sententiae, qua dictum est [7]): *Omnes enim adstabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque secundum ea, quae per corpus gessit, sive bonum, sive*
C | *malum*. Quia etiam hoc meritum sibi quisque, dum [8]) in corpore viveret, conparavit, ut ei possint ita prodesse.

---

cum Mbc et vet. ed. coniunct. *ut* ante *postea* insertam habent. Tum *possint* legitur in vet. ed. 3) Mg addit *igitur*. Dein *quidem* vet. ed. Ante *requirat* abest *non* a Md. Scripsi deinde cum sex codd. *ei non* pro *non ei*. Paulo post Macdg exhibent *ut his non requirat*. Ex *his*, quod item legebatur in Mb, correctum in eodem libro est *haec* idque exstat etiam in Mh; *ut non requirat ista* scribit Me. Proxime pro *cum ex hac vita transierit* iubentibus libris Mss. omnibus et vet. ed. emendavi *cum haec vita transierit*, quod suavius in aures cadit. 4) Ita Mag, *comparatur* ceteri c. editis. 5) *Nemo autem se praeparet* Mag, deleto verbo *praeparet* r. m. in Mh supra addidit *reputet*, *praeparet* habent etiam Mbcde. Iidem libri et Magh *neglexit*; *praeparet qui hic neglexit* exstat in vet. ed. Subinde *deum* pro *apud deum* Mag, *dominum* Mbcdeh, *posse* *promereri* (*posse* ab r. m. praefixo) Mh. 6) *Non ergo* vet. ed. 7) Rom. 14, 10. 2. Cor. 5, 10. — *enim* om. Mdefh. Tum *ferat* exhibent Mc et vet. ed., *re* *ferat* e corr. r. m. Mbh. 8) *cum* pro *dum*, omisso *in* Ma, *cum* etiam Mbcdegh et vet. ed., *conparavit* Mg et pr. Ma. Dein *possent* Mcdh.

Non enim omnibus prosunt [9]): et quare non omnibus prosunt, nisi propter differentiam vitae, quam quisque gessit in corpore? Cum ergo sacrificia sive altaris sive quarumcumque [10]) eleemosynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones sunt; pro non valde malis propitiationes sunt; pro valde
D malis etiam si nulla sunt adiumenta mortuorum, | qualescumque vivorum consolationes sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, ut sit plena remissio, aut certe prosunt, ut [11]) tolerabilior fiat ipsa damnatio.

CAPUT XXXI.

Post resurrectionem duas solum civitates futuras fore, bonorum unam, malorum alteram. Paenam damnatorum aeternam fore, et fore aeternam iustorum beatam vitam.

Post resurrectionem vero facto universo conpletoque [1]) iudicio suos fines habebunt civitates duae, una Christi, altera diaboli; una bonorum, altera malorum; utraque tamen et angelorum et hominum. Istis voluntas, illis [2])

---

9) Et hic et proxime mendose *possunt* pr. Mb, *possent* Mb; *qualiter* pro *quare* vet. ed. 10) *quarumque* Mcg, *quorumque* Mb. Vocc. *propitiationes sunt; pro valde malis* desunt in vet. ed. Infra ante *qualescumque* r. m. supra adiecit *tamen* in Mc. 11) *ut* om. Mde. „Mss plures omittunt *fiat*, cuius loco nonnulli habent *sit*.“ Ita Maurini. Tuentur *fiat* mei codd. et vet. ed. De re ipsa pluribus exposuerunt editores Gallici.

Cap. XXXI. 1) Ita Mag, *inpletoque* Mbi, *impletoque* c. editis codices rell. Post *una* omisi *scilicet* praeeuntibus codd. meis omnibus atque vet. ed, *et* ante angelorum deest in Mdei, in Mf superscriptum est. 2) *istis* Mc, *illis* a corr. m. Mb. Pro *voluntas* vet. ed. *voluptas* confusione frequenti. Tum *poterat* (a m. pr.)

E facultas non poterit ulla esse peccandi, vel ulla conditio moriendi; istis in aeterna vita vere feliciterque vi|ventibus, illis infeliciter in aeterna morte sine moriendi potestate durantibus, quoniam utrique sine fine. Sed in beatitudine isti alius alio praestabilius, in miseria vero illi alius alio tolerabilius permanebunt [3]). Frustra itaque nonnulli, immo quam plurimi, aeternam damnatorum poenam et cruciatus sine intermissione perpetuos humano miserantur [4]) affectu atque ita futurum esse non credunt; non quidem Scripturis divinis adversando, sed pro suo motu dura quaeque molli-
F endo et in | leniorem flectendo sententiam, quae putant in eis magis terribilius esse dicta, quam verius. *Non enim obliviscetur* [5]), inquiunt, *misereri deus, aut continebit in ira sua miserationes suas* [6]). Hoc quidem in

---

esse ^ulla^ *peccandi* (*ulla* ab r. m. supra addito) Mb, *poterit esse pecc.* vet. ed., *poterat esse pecc.* Mc, *esse ulla* Mg, dein *vel nec ulla conditio* Mg, *condicio* Mach et vet ed., item pr. Mb. Scripsi *conditio*. Vid. Adnot. ad Ambros. de Off. p. 301. Mox *feliciter vivere* Mdehi; *sine moriendi potestate* una cum vet. ed. habent codd. mei ad unum omnes, *sine moriendi necessitate* unus e Vatic. et alius e Colbert. adnotantibus Maurinis. Statim *uterque* vet. ed. 3) *permanebit* Mh. 4) *miserentur* Mg. Tum *in futurum* pro *ita futurum* vet. ed. Mox *Scripturis adversando divinis* dant septem codd. eodemque ordine haec leguntur in vet. ed. Praepositio ante *leniorem* in Mg deest Tum *putant magis terribilius, quam verius* optime exhibent Mag et plures Maurinorum libri. Adv. *magis*, quod vulg. abest, comparativo adiunctum, ut Graecorum *μᾶλλον*, non abundat, sed orationis vim intendit. Similiter *Synesius* de Provid. p. 124. A. *ἐπιεικέστερα δρῶν μᾶλλον ἢ δικαιότερα.* Ep. 67. p. 210. A. *τὰ δὲ εἰς τὸ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι θαῤῥαλεώτερος μᾶλλον ἢ νομιμώτερος.* Vid. adnot. ad Synes. de provid. in linguam vernaculam conversum p. 270. Conf. supra ad cap. XXIII. not. 18 et 30. 5) *obliviscitur* Mg, *inquiunt, obliviscetur* vet. ed. Mox *sua* om. vet. ed. 6) Psalm. 76, 10.

psalmo legitur sancto; sed de his sine ullo scrupulo in-
239 A tel|legitur [7]), qui vasa misericordiae nuncupantur, quia et
ipsi non pro meritis suis, sed deo miserante de miseria
liberantur. Aut si hoc ad omnes [8]) existimant pertinere,
non ideo necesse est, ut damnationem opinentur posse
finiri eorum, de quibus dictum est: *Sic ibunt isti in*
supplicium aeternum, ne isto modo putetur habitura finem
quandoque felicitas etiam illorum, de quibus e contrario
dictum est: *Iusti autem in vitam aeternam.* Sed paenas
B damnatorum certis [9]) temporum intervallis existiment, | si
hoc eis placet, aliquatenus mitigari. Etiam [10]) sic quippe
intellegi potest manere in illis ira dei, hoc est, ipsa dam-
natio (haec enim vocatur ira dei, non divini animi per-
turbatio) ut in ira sua, hoc est, manente ira sua, non
tamen contineat miserationes suas, non aeterno supplicio
finem dando, sed levamen adhibendo vel interponendo
cruciatibus. Quia nec psalmus ait ad finiendam iram

---

7) Ita Mabc, *legitur* Mde. Mox *pro suis meritis* Mg. 8) *hoc ad hoc ad omnes* Md. Deinde *dictum est sic. Ibunt* pro *dictum est: Et ibunt* legitur in Mbcdehi; in aliis autem pluribus locis, ubi Augustinus haec S. Matth. verba 25, 46 eodem modo commemorat (vid. *Sabatier.*) ante *sic* interpungitur. Quapropter eandem hic scribendi atque distinguendi rationem secutus sum. In vet ed. legitur neque *et*, neque *sic.* Pro *isti* (*iniusti* exstat in vet. ed.) Mag habent *hii* (i. e. *hi*), *putaretur* scribit Mg, *felicitas eorum* Mf, vel *tis* *est e contrario dictum* Ma. 9) *certas* Mf. Tum quidam Mss. Maurinorum *aliquantum*, recte Madefh, item vet. ed. et e corr. Mb *aliquatenus*, mendose *aliquatinus* Mcg et pr. Mb. 10) Deest *etiam* in Mf. Subinde *intellegi* receptum ex Mabce. Post *in illis* verba: *ira dei, hoc est, ipsa damnatio* (*haec enim vocatur,* in Mch librariorum incuria exciderunt. Alio ordine *ira dei in illis* habet vet. ed., dein *dampnatio ipsa* Md. In seqq. *id est* pro *hoc est* vet. ed. Respexit Noster Ioann. 3, 36.

suam, vel post iram suam; sed *in ira sua*. Quae si
c sola esset, quanta ibi minima cogitari po|test: perire a
regno dei, exsulare a civitate dei, alienari a vita dei,
carere tam magna multitudine dulcedinis dei, quam abs-
condit timentibus [11]) se, perfecit autem sperantibus in se,
tam grandis est paena, ut ei nulla possint tormenta, quae
novimus, conparari, si illa sit aeterna, ista sint [12]) autem
quamlibet multis saeculis longa.

Manebit ergo sine fine mors illa perpetua damna-
torum, id est, alienatio a vita dei, et omnibus erit ipsa
D communis, quaelibet [13]) homines de varietate paena|rum,
de dolorum relevatione vel intermissione pro suis humanis
motibus suspicentur, sicut manebit communiter omnium
vita aeterna sanctorum, qualibet honorum distantia con-
corditer fulgeant.

CAPUT XXXII.

Ex fide spem nasci. De iis omnibus, quae credenda sunt, ea tantum ad spem pertinere, quae oratione dominica continentur. Spem in se ipso ponens maledictus S. Lucas in oratione dominica petitiones quinque complectens cum S. Matthaeo, apud quem petitiones septem illa continere videtur, conciliatur.

30. Ex ista fidei confessione, quae breviter sym-
bolo continetur, et carnaliter cogitata lac parvulorum est,

---

11) Ita codd. mei omnes et vet. ed. *Lamb. Danaeus* male coniectavit *temnentibus*, ut patet ex Psalm. 30, 20 et lib. 21. de civit. dei c. 18 et 24. Statim *perficit* Mbc et vet. ed. Tum *paena est* Mg, dein *nulla* om. Mc. *Conparari* rescripsi ex Mag. 12) *ista sint autem* Mbcdegi et vet. ed., perperam *ista sit autem* Mah, *autem* om. Mf. 13) Ita octo codd. et vet. ed., *quilibet* Ma. Infra pro *qualibet* Mdei *quamlibet*, tum *bonorum* pro *honorum* Mi et vet. ed.

spiritaliter [1]) autem considerata atque tractata cibus est
fortium, nascitur spes bona fidelium, cui caritas sancta
E comitatur. Sed | de his [2]) omnibus, quae fideliter sunt
credenda, ea tantum ad spem pertinent, quae oratione do-
minica continentur. *Maledictus* enim [3]) *omnis*, sicut divina
testantur eloquia, *qui spem ponit in homine*; ac per hoc
et in se ipso qui spem ponit, huius maledicti vinculo
innectitur. Ideo nonnisi a domino deo petere debemus,
quidquid speramus nos vel bene operaturos, vel pro [4])
bonis operibus adepturos.

Proinde apud evangelistam Matthaeum [5]) septem
F petitiones continere dominica vi|detur oratio, quarum tribus
aeterna poscuntur, reliquis quattuor temporalia, quae tamen
propter aeterna consequenda sunt necessaria. Nam quod
dicimus: *Sanctificetur nomen* [6]) *tuum, adveniat regnum
tuum, fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra* [7]), (quod
non [8]) absurde quidam intellexerunt, in spiritu et corpore)

Cap. XXXII. 1) *spiritualiter* vet. ed. Mox *est cibus fortium* Mi. Dein *spes fidelium bona* Mg. Subinde *concomitatur* vet. ed. 2) *iis* vulg., *hiis* Mi, *his* recte ceteri omnes. Abest hoc pronomen et *quae* a vet. ed. Male *ad se pertinent* Mbc. Tum *in oratione* Mafg. 3) *Maledictus est enim* Mag. Vid. Ierem. 17, 5. Subinde *in homine* a m. pr., ab rec. *in hominē* Mg. Sequentia usque ad *huius maledicti* in eodem libro desunt. Librarius autem codicis Me aberrans ad alterum *spem ponit* praecedentia omisit. Ibidem supra *ponit* al. m. adiecit *in hominem*. Mbc om. *et* ante *in se ipso*. 4) *pro* abest a Mg. 5) *apud Matthaeum evangelistam* Mi. Statim *continere videtur dominica oratio* exhibent Mgi. Tum *in tribus* octo codd. et vet. ed., *in reliquis* autem Ma et Mf, in quo praepositio superscripta est. Pro *quatuor* e codd. Mabc dedi *quattuor*. Cf. ad cap. XX. not. 9. Dein *pro aeterna* pr., ab r. m. *pro aeternitate* Me, *pro aeternitate* etiam Mi. 6) *dicitur* vet. ed. *Sanctificetur sanctum nomen* Mbc. 7) Matth. 6, 9 etc. 8) Excidit *non*

omnino sine fine retinenda sunt: et hic inchoata, quantumcumque proficimus, augentur in nobis; perfecta vero, quod in alia vita sperandum est, semper possidebuntur. Quod
C vero | dicimus: *Panem nostrum cotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, et* [9]) *ne nos inferas in*
240 A *temptationem, sed* | *libera nos a malo,* quis non videat ad praesentis vitae indigentiam pertinere? In illa itaque [10]) vita aeterna, ubi nos semper speramus futuros, et nominis dei sanctificatio, et regnum eius, et voluntas eius in nostro spiritu et corpore perfecte atque immortaliter permanebunt. Panis vero cotidianus ideo dictus est [11]), quia hic est necessarius, quantus animae carnique tribuendus est, sive spiritaliter, sive carnaliter, sive utroque intellegatur modo.
B Hic est etiam quam poscimus remissio, | ubi est [12]) commissio peccatorum; hic temptationes, quae nos ad pec-

---

in Mc. In seqq. *inchoantur, quantumcumque proficimus* cum vet. ed. exhibent Madefgi, *inchoantur, quantumque prof.* Mbc, ut plerique Maurinorum codd., *inchoatur et quantumcumque profitemus* dat Mh. Tum *augetur* Mg. Mox *speramus, semper possidebimus* Mi, *possidebitur* Mg. 9) *et* om. Mbodei, habet e corr. Mf. Dein *temptationem* pro *tentationem* dederunt octo codd. et vet. ed.; in Ma, in quo legebatur *tem*p*tationem*, litera *p* erasa est. Ante *praesentis vitae indigentiam* desideratur praepositio in Mh. 10) *utique* Md. Vocc. *et voluntas eius* a corr. m. inter vers. habet Mf. *Eius* h. l. om. Mbc. Tum *inmortaliter* pro *immort.* praebuerunt octo codd. 11) *dicendus est* (vel *dictum est*) (sic) Mf, *dictum est* item Ma, *dicendus est* Mdei. Dein per rasuram *necessarius est* Md. Statim *quanto* vet. ed. Post *tribuendus* Mc om. *est*, quod ante *carnique* ponit Mb. Tum *spiritualiter* habet vet. ed. Desunt vocc. *sive carnaliter* in Mg, *sive corporaliter* dant Mbcdehi et vet. ed. Subinde *intellegatur* Mabch, *modo intelligitur* scribit Mg. Abest verbum a Md. 12) Vocc. *remissio ubi est* inter vers. sunt suppleta in Mf, *ubi est commissio,*

candum vel adliciunt vel inpellunt; hic denique malum unde cupimus liberari; illic autem nihil istorum est.

Evangelista vero Lucas in oratione dominica petitiones non septem [13]), sed quinque conplexus est: nec ab isto utique discrepavit, sed quomodo istae septem sint intellegendae, ipsa sua brevitate commonuit. Nomen quippe [14]) dei sanctificatur in spiritu, dei autem regnum in carnis
c resurrectione venturum est. | Ostendens ergo Lucas [15]) tertiam petitionem duarum superiorum esse quodammodo repetitionem, magis eam praetermittendo facit intellegi. Deinde tres alias [16]) adiungit, de pane cotidiano, de remissione peccatorum, de temptatione vitanda. At vero quod ille [17]) in ultimo posuit, *sed libera nos a malo*, ista non posuit, ut intellegeremus ad illud superius, quod de temptatione dictum est, pertinere. Ideo quippe [18]) ait: *Sed libera nos*, non ait, et libera, tamquam unam peti-

---

omissa in Mc, r. m. in Mb ad mg. addidit, *omnis commissio* habent Mde et vet. ed., *omnis omissio* (sic) legitur in Mi, *peccatorum* post *remissio* ponit Mg. Dein *temptationes* praestant codd. omnes. Proxime *adliciunt* pro *alliciunt* apte Ma (mendose *allidunt* Mc, item pr. Mb), tum pro *impellunt* Madgi *inpellunt*, vet. ed. *compellunt*. Statim *hinc* Mc et pr. Mb. In fin. *est istorum* Mi. 13) *non septem petitiones* Mi. Recepi deinde *conplexus* pro vulgato *complexus* ex Mai. Mox Mabcdi scribunt *ista* — *sint* (male *sunt* Mcd) *intellegenda*, Mefg et vet. ed. *ista* — *sint intelligenda*, solus Mh cum recc. editis congruit. In eodem libro *ipsa* mutatum est in *ipse*. Tum vet. ed. habet *commovit*. 14) *Nomen vero* Mf. Dein *sanctificetur* Mc. 15) *sanctus Lucas* Mf. Post *petitionem* irrepsit *magis* in Mh. Pro *quodam modo* codd. omnes excepto Mh iunctim scribunt *quodammodo*, quod reperitur etiam in vet. ed. In fin. *fecit intellegi* Mabchi, *fecit* etiam Mdefg et vet. ed. 16) *alias tres* Mf, *cum his* pro *alias* Mh. Ante *temptatione* (ita, ut ubique fere, c. vet. ed. codd. omnes) praepositionem Mbc om. 17) i. e. Matthaeus. Mox *intellegeremus* Mabcdh. Tum *ad aliud* Mc. 18) *Ideo ergo* Mf.

D tionem esse demonstrans: | (Noli hoc, sed hoc) ut sciat unusquisque in eo se liberari a malo, quod non infertur in temptationem.

CAPUT XXXIII.

Quae sit caritas, quae cum fide ac spe adesse debet, et quanta sit eius virtus? Status hominis quatuor exponuntur. In quovis statu baptisma omnia peccata abolere, et idcirco morientes ante usum rationis non perire, si moriantur baptizati.

31. Iam porro [1]) caritas, quam duabus istis, id est, fide ac spe maiorem dixit apostolus [2]), quanto in quocumque maior est, tanto melior est in quo est. Cum enim quaeritur, utrum quisque sit homo bonus, non quaeritur quid credat aut speret, sed quid amet. Nam qui recte amat, procul dubio recte credit et sperat; qui vero non
E | amat, inaniter credit, etiam si sint [3]) vera quae credit; inaniter sperat, etiam si ad veram felicitatem doceantur pertinere quae sperat, nisi et hoc credat ac speret, quod sibi petenti donari possit, ut amet. Quamvis enim [4]) sperare sine amore non possit, fieri tamen potest, ut id non amet,

---

Tum *sed libera nos a malo* vet. ed. *Noli* praestant etiam mei libri Mss. et vet. ed., quae *sed hoc* omittit. Subinde *se in eo liberari* Mg; *inferatur* Mdei.

Cap. XXXIII. 1) *vero* Mf. Absunt haec usque ad *maiorem* a Md; *id est* om. vet. ed. Dein *fide et spe* habet Mg. Verba sequentia usque ad *maior est* exciderunt in Md. 2) 1. Cor. 13, 15. Statim *quanto cumque maior* (sic) Mg, *in unoquoque* Mdefhi, *in* [*uno*] *quoque* Mb; item a m. pr., a rec. *in* [*uno*] *quoque* Mc. Quod sequitur *tanto* om. Mi. 3) *sunt* Mabcfgh. Paulo post *doceatur* Mf et vet. ed., *pertinere doceantur* Mi. Proxime *et* om. Mbc. Tum [*recte*] *credat et speret* Mfi. Deinde *possit* a m. pr., ab rec. *posset* Mb, *posset* [i] Mf. 4) *ergo* pro *enim* Mf. Infra *poterit pervenire* ed. vet.,

sine quo ad id quod sperat non potest pervenire. Tam-
quam si [5]) speret vitam aeternam (quam quis non amat?)
et non amet iustitiam, sine qua nemo ad illam pervenit.
F Ipsa est autem fides Chri|sti, quam commendat apostolus,
quae per dilectionem operatur [6]), et quod in dilectione
nondum habet, petit ut accipiat, quaerit ut inveniat, pulsat
ut aperiatur ei. Fides namque inpetrat, quod lex inperat [7]).
Nam sine dei dono [8]), id est, sine spiritu sancto, per
quem diffunditur caritas in cordibus nostris, iubere lex
poterit, non iuvare, et praevaricatorem insuper facere,
qui de ignorantia se excusare non possit. Regnat enim [9])
carnalis cupiditas, ubi non est dei caritas.

Sed cum in altissimis [10]) ignorantiae tenebris nulla
G resi|stente ratione secundum carnem vivitur, haec sunt
241 A prima hominis. Deinde cum per legem cognitio | fuerit [11])
facta peccati, si nondum divinus adiuvat spiritus, secundum
legem volens vivere vincitur, et sciens peccat peccatoque
subditus servit: *A quo enim* [12]) *quis devictus est, huic et*

---

perveniri Mbde, item a m. pr. Mc. 5) *si* om. Ma. Maurinorum emendationem *quam quis non amat?* confirmant Madei; *quamvis* [*quis*] (e corr. r. m.) *non amet* (pr. *amat*) habet Mb, *qua vis non amat* a m. pr., ab r. *quamvis amet* (*non* eraso) Mc, *quamvis amet* item reperitur in Mgh, *quam qui non amat* (omisso *et*) *non amat iustitiam* scribit Mf, *non amat iust.* dant etiam Mdei, ex *amat* in Mbc enatum est *amet*; *quamvis non amet iustitiam* habet vet. ed. 6) Galat. 5, 6. De seqq. vid. Matth. 7, 7. In fin. *ut ei aperiatur* vet. ed. 7) *inpetrat — inperat* Mi, *inpetrat — imperat* Mh, *inperat* Md. Altero loco *impetrat* pr. Mbc. 8) [*dei*] *dono* Mf, *dono dei* Mg. Mox *diffundat* Mh, *uestris* pro *nostris* Mi. Vid. Rom. 5, 5. Inverso ordine *iubere poterit lex* habet Mg. 9) *ergo* pro *enim* Mf. 10) *altis* Mb et pr. Mc. 11) *fuerit cognitio* vet. ed. Statim *si* supra adiectum in Mf, *non* pro *nondum* scribit Mi, *adiuvet* Mh. 12) *ergo* Mf. Tum *qui* Mg.

servus addictus est [13]), id agente scientia mandati, ut peccatum operetur in homine omnem concupiscentiam cumulo praevaricationis adiectò, atque ita quod scriptum est inpleatur [14]): *Lex subintravit, ut abundaret delictum.* Haec sunt secunda hominis. Si autem respexerit [15]) deus,
B ut ad inplenda quae mandat ipse adiu|vare credatur, et agi homo coeperit dei spiritu, concupiscitur adversus carnem fortiore robore caritatis, ut quamvis adhuc sit quod homini repugnet ex homine, nondum tota infirmitate sanata, ex fide tamen iustus vivat iusteque vivat, in quantum non cedit malae concupiscentiae vincente delectatione iustitiae. Haec sunt tertia bonae spei hominis [16]), in quibus, si pia perseverantia quisque proficiat, postrema pax restat, quae post hanc vitam in requie spiritus, deinde
C in resurre|ctione etiam carnis inplebitur. Harum quattuor [17]) differentiarum prima est ante legem, secunda sub lege, tertia sub gratia, quarta in pace plena atque perfecta. Sic est et [18]) dei populus ordinatus per intervalla temporum,

---

13) 2. Petr. 2, 19. Mox *omnem* om. Mh. In seqq. *inpleatur* dedit Mg. 14) Rom. 5, 20. 15) *respexit* Mh. Tum *cepit* Mg, *coeperat* Mh. Statim *spiritu*, *quo concup.* Mf, *quo* a r. m. superscriptum habet Mb. Vid. Galat. 5, 17. Dein *fortiori robore* legitur in Mag ibidemque *et* pro *ut.* In seqq. quod attinet verba: *ex fide — iustus vivat*, respexit Noster ad Rom. 1, 17. Proxime Mg perperam scribit *malae conscientiae.* Tum *delectatione*, cuius loco in exemplaribus Lovan. et Arnald. est *dilectione*, praestant mei libri omnes et vetus editio. 16) *tertiae* male Mf, *tria* Mg, *bona* Mb et vet. ed. Infra post *vitam* Me interponit *est*, ante *spiritus* Mi. Tum idem liber habet *inplebitur*. Quod praecedit *etiam* in cod. Mf corr. m. excurrente linea adiecit. 17) Ita Mabc, ut alibi. Vid. ad cap. XXXII. not. 5. Mox *secunda post legem* Mcf et pr. Mb. Deest *pace* in vet. ed. Vocc. *plena atque perfecta* a corr. m. inter vers. habet Mf. 18) *et* om. Mg et vet. ed. Pro *per temporum*

sicut deo placuit, qui in mensura et numero et pondere cuncta disponit [19]). Nam fuit primitus ante legem; secundo [20]) sub lege, quae data est per Moysen; deinde sub gratia, quae revelata est per primum mediatoris adventum.
D Quae quidem gratia nec ante [21]) defuit, | quibus eam oportuit inpertiri, quamvis pro temporis dispensatione velata et occulta. Neque enim [22]) antiquorum quicumque iustorum praeter Christi fidem salutem potuit invenire, aut vero nisi et illis cognitus fuisset, potuisset nobis per eorum ministerium alias apertius, alias occultius prophetari.

In quacumque autem quattuor [23]) istarum velut aetatum singulum quemque hominem gratia regenerationis invenerit, ibi ei remittuntur praeterita universa peccata
E et reatus ille nascen|do contractus renascendo dissolvitur.

---

intervalla cum codd. meis omnibus et vet. ed. scripsi *per intervalla temporum*. Dein *placuit* omissum in Mc r. m. supplevit. Praepositio ante *mensura*, quae in Mf supra est addita, defit in codd. Mci et in vet. ed. 19) Sap. 11, 21. 20) *postmodum* pro *secundo* Mi; *post legem* a m. pr., e corr. *sub lege* Mbf, *post lege* (sic) Mc; *per moysen data est* Mag. 21) Ita Mbcdeg et vet. ed., vulg. *antea*. Tum *potuit inpertiri* Mi, *inpertiri* item Mabd, *impertiri* vulg., *impartiri* vet. ed. Mox *revelata* Mi, tum *occultata* Mg, *occulta*[ta] (*ta* ab r. m. adiecto) Mb. 22) *Neque ergo* Mf. Subinde *praeter fidem Christi* Mbcfg. Proxime *aut vero nisi et illis cognitus fuisset* (*esset* Mf), *potuisset* exhibent codd. Mabcdefhi et vet. ed., *aut vero — —, non potuisset* Mg. Pronom. *eorum* abest a Mi. 23) *quattuor,* ut supra, Mabc; *istarum quatuor aetatum singulum quemque hominem velut gratia remunerationis invenerit* legitur in Mi, *singulorum quemcumque* habet vet. ed. Statim *ei* deest in Mc, *remittuntur ei* dat Mg, post *remittuntur* r. m. *ei,* quod aberat, adposuit etiam in Mb. Tum *omnia praeterita universaque peccata* exhibent Mdef, in vet. autem edit. legitur *omnia praeterita universa pecc.*, in cod. Mi *omnia peccata universaque.*

Tamque multum valet, quod *spiritus ubi vult spirat* [24]), ut quidam secundam illam servitutem sub lege non noverint, sed cum mandato incipiant adiutorium habere divinum. Ante quam possit autem homo capax esse [25]) mandati secundum carnem vivat necesse est; sed si iam sacramento regenerationis inbutus est, nihil ei oberit, *si tunc ex hac vita migraverit, quia ideo Christus mortuus*
242 A *est et resurre|xit, ut et vivorum et mortuorum dominetur* [26]); nec tenebit regnum mortis eum, pro quo mortuus est ille liber in mortuis.

CAPUT XXXIV.

Praeceptorum omnium finem esse caritatem. Quaecumque fiunt bona tunc recte fieri, cum referuntur ad diligendum deum.

32. Omnia igitur praecepta divina referuntur ad caritatem, de qua dicit [1]) apostolus [2]): *Finis autem praecepti est caritas* [3]) *de corde puro et conscientia bona et fide non ficta.* Omnis itaque praecepti finis est

---

24) Ioann. 3, 8. De seqq. adnotant Maurini: „Editi *secundum illam servitutem sub lege esse non noverint.* Verius Mss. *secundam* absque verbo *esse.* Nempe secundam hanc appellat servitutem sub lege, quam praecessit servitus sub peccato.“ Cum editis a Maurinis inspectis congruit vetus ille saepius a me allegatus. *Secundam* reperi in Mbc, *secundum* dant rell., tum *esse non noverint* Mdefgi; *esse,* quod Ma merito omittit, r. m. in Mb supra addidit. Mox *inceperint* scribit Mi. 25) *esse capax* Mg. Voculae *si iam* a vet. ed. absunt. Recepi deinde *inbutus* pro vulgat. *imbutus* e codd. Magi, *est* om. vet. ed. Ante *oberit* Magh et vet. ed. inserunt *mors*, quod Mbf supra addunt. Dein *emigraverit* una cum vet. ed. exhibent codd. Mbch. 26) Abest *ut* a Mi, *ut vivorum et mortuorum* scribit Me; inverso verborum ordine *mortuorum et vivorum* dant Maf. Vid. Rom. 14, 9. Infra *liber ille* Mi.

Cap. XXXIV. 1) *dixit* vet. ed. 2) 1. Tim. 1, 5. 3) Verba

caritas[4]), id est, ad caritatem refertur omne praeceptum.
Quod vero ita fit vel timore paenae, vel aliqua[5]) inten-
B tione carnali, ut non refera|tur ad illam caritatem, quam
diffundit spiritus sanctus in cordibus nostris, nondum fit,
quemadmodum fieri oportet, quamvis fieri videatur. Ca-
ritas quippe ista dei est[6]) et proximi: et utique *in his*
duobus[7]) *praeceptis tota lex pendet et prophetae*[8]).
Adde evangelium, adde apostolos[9]); non enim aliunde
vox ista est: *Finis praecepti est caritas*[10]), *et deus*
caritas est[11]). Quaecumque ergo mandat deus, ex quibus
unum est: *Non moechaberis*[12]), et quaecumque non
C iubentur, sed spiritali consilio monen|tur, ex quibus unum
est[13]): *Bonum est homini mulierem non tangere;* tunc
recte fiunt, cum referentur ad diligendum deum et pro-
ximum propter deum, et in hoc saeculo et in futuro:
nunc deum per fidem, tunc per speciem, et ipsum pro-
ximum nunc per fidem[14]). Non enim scimus[15]) mortales
corda mortalium, tunc autem *inluminabit dominus abs-*

---

seqq. usque ad *id est* in vet. ed. desiderantur. 4) *finis caritas est* Mabcdeg, *est* om. Mh. 5) Defit *aliqua* in Mbc. Mox *diffudit* Mi. Vid. Rom. 5, 5. 6) *ipsa est dei* Mi, *est dei* item Mdef. 7) *in duobus hiis* vet. ed. 8) Matth. 22, 40. 9) *et adde apostolos* Mi, *apostolum* e corr. Mb, *apostolum* (superscr. altera lectione) Mf. 10) *caritas est* Mi, *est* om. Mg. Vid. 1. Tim. 1, 5. 11) *est* etiam h. l. om. Mg. Vid. 1. Ioann. 4, 16. 12) Matth. 5, 27. — *spiritúali consilio* vet. ed. Recte *monentur* Mdef, *moventur* Mi et vet. ed., *voventur*, ut Maurinorum Mss., codd. Mabcgh, ex quibus Mbc in ras., inter vers. Mf. 13) 1. Cor. 7, 1. Deest *homini* in Mbc. 14) *per speciem, nuncque ipsum* (et superscr.) *proximum per fidem* Mf. 15) *Nunc enim nescimus* Mdefi, *non enim* (non superscr.) *scimus* (altero *non* a r. m. superscr.) Mb. Mox *inluminabit* Mabc, *illuminabit* vulg.; *dominus illum.* Mi, *dominus* om. Mbc, *deus* habet Mg. Subinde

condita tenebrarum et manifestabit cogitationes cordis; et tunc laus erit unicuique a deo: quia id laudabitur D et diligetur a proximo in proximo [16]), | quod ne lateat, ab ipso inluminabitur deo. Minuitur [17]) autem cupiditas caritate crescente, donec veniat ad tantam magnitudinem, qua maior esse non possit: *Maiorem enim* [18]) *caritatem nemo habet, quam ut animam suam quis ponat pro amicis suis* [19]). Ibi autem eius explicet quanta caritas erit [20]), ubi cupiditas, quam vel coercendo superet, nulla erit? quoniam summa sanitas erit, quando contentio mortis nulla erit.

CAPUT XXXV.

Libri conclusio.

E 33. Sed sit aliquando huius voluminis finis, | quod

---

manifestabit deus Mh, tum *cordium* Mi. *Tunc*, quod vulg. abest, addidi ex cod. Mb, in quo ab antiqua manu superscriptum habetur, et ex vet. ed.; utitur enim Augustinus hoc adverbio passim, ubi hunc apostoli locum laudat. Vid. *Sabatier*. ad 1. Cor. 4, 5. 16) *in proximo* om. Mh, *in proximum* exhibent Mdefi. Pro *illuminabitur* Mabc *inluminabitur*. 17) *Minuetur* Mfg, *minuitur* ceteri omnes. Alio verborum ordine *crescente caritate* Mdei. Tum *veniatur* absque *hic* habet vet. ed., *hic veniat* legitur in Mefi et e corr. in Md, *veniat hec* scribit Mg. Adnotant Maurini: „Unus Germanensis Ms. omittit *hic*: quam particulam loco movit Arnaldus et illuc transtulit: *Maiorem hic enim caritatem* etc.“ Equidem adv. *hic*, quod ex glossemate fluxisse manifestum est, omittendum censui. 18) *autem* Magi, *ergo*, ut solet, Mf. Dein *quis* om. Mabcg, *ponat quis* habent Mdefhi et vet. ed. 19) Ioann. 15, 13. 20) *erit caritas* Mdefhi; ita et Mbc, vocabulo posteriore, quod a vet. ed. abest, a r. m. adiecto. Mox *quoniam* (*vel quam*) Mbcdei, *quoniam* Mfh, *quam* Ma, *quando* Mg. Post *sanitas* Mg om. *erit*. Dein *nulla mortis erit* habet Mi, *non erit* scribunt Mbch.

ipse videris utrum enchiridion vel [1]) appellare debeas, vel habere. Ego [2]) tamen cum spernenda tua in Christo studia non putarem, bona de te credens in adiutorio nostri redemptoris ac sperans teque in eius membris plurimum diligens, librum ad te, sicut valui, utinam tam commodum, quam prolixum, de fide, spe et caritate conscripsi.

Cap. XXXV. 1) *vel* om. Mi. Item *debeas* Mh. 2) *Ergo* vet. ed., *autem* pro *tamen* Mei. Post *in Christo* Mfg addunt *Iesu*. Tum *in adiutorium nostri redemptoris confidens ac sperans* exhibent Mag, *confidens ac sperans* item scribunt Mdefi, in Mb v. *confidens* manus saeculi duodecimi supra addidit. Editores Maurini adnotant: „Verbum *confidens* abest a Mss. plerisque et alia in eis est vocum interpunctio, ut sensus sit *bona credens ac sperans de te*." In fin. Mabcgh cum vet. ed. habent *de fide et spe et caritate*.

Errata typographi.

Pag. 3.	Not.	lin. 4	*lege:*	ENGRIDION	*pro*	ENCIRIDION
„ „	„	„ 16	„	Mh habet	„	Mb habet
„ 6	„	„ 6	„	in ratione	„	in rationc
„ 31	„	„ 5	„	inmutabili	„	inmutahili
„ 32	Text.	„ 18	„	vitiaver*at*	„	vitiaverit
„ 84	Not.	„ 4	„	praeciduntur	„	praecidunlur
„ 87	„	„ 17	„	utriusque	„	ulriusque
„ 96	„	„ 8	„	ordinate	„	ordinale
„ 108	„	„ 8	„	faetibus	„	faetibus



